IN Christi Nomine Amen:- Anno à Natiuitate eiusdē Domini Millesimo, Quadringentesimo quarto, Inditione duodecima, Die uigesimoquinto Mensis Januarij; Actum Utini, in Sacristia Ecclesie Sancti Petri Martiris de Utino, presentibus Venerabilibus, et Religiosis Viris Dominis Fratribus, videlicet Nicollussio filio Andree de Utino, Michaele q. Corradi de Magonera, Johanne q. Andree de Bizinino, Jeronime q. Juliani de Pirano, Johanne q. Francisci de Clugia, Petro q. Todinis de Segna, Liberale filio Bartholomei de Teruisio, Christophoro filio Johannis de Urbino, et Donatus q. Jo. Raza de Venetijs, omnibus fratribus Ordinis Fratrum Predicatorum, et ser Jacobo q. ser Carlauarij de Cgellis de Utino testibus, et alijs pluribus ad hec uocatis, et rogatis, — Nobilis Vir ser Morandus q. Nobilis Viri ser Manfredi de Castellerio Utini habitantis non ui dolo, uel metu aliquo ductus sed de sua certa scientia, et pura uoluntate, sponte, et non coacte, pro salute anime sue, et pro anime Domine Galdrude eius Uxoris atque anime olim ser Nicolaj fratris ipsius ser Morandi, et ob remissionem peccatorum eorum, pro se, et eius heredes, pure, mere, libere, simpliciter, ac titulo, et nomine donationis irreuocabilis, que dicitur inter uiuos, et non causa mortis, que nullius ingratitudinis causa, dolo, uel offensione ualeat reuocari, seu possit dedit, donauit, et tradidit Venerabilibus, et Religiosis Viris Dominis fratri Thomasio tamquam Priori Conuentus, et Ordinis Ecclesie Sancti Petri Martiris de Utino, et fratri Zaneto q. Magistri Nicolai dictus quasi de Utino tamquam Sindico et Procuratore Ordinis, et Conuentus dicte Ecclesie Sancti Petri Martiris de Utino ibidem presentibus, stipulantibus et recipientibus, uice et nomine ipsius Conuentus et pro ipso liuella, et Mansos infrascriptos cum omnibus eorum iuribus, et pertinentijs: Imprimis videlicet Unum starium frumenti, et duo Congia Vini ad mensuram Utini de liuello, soluendum annuatim, in festo Natiuitatis Domini, uel octo dierum post, Super uno prato, et alneto contiguis dicti ser Morandi Sito in pertinentijs Pirani, quorum hij sunt confines, iuxta paludem Ecclesie Sancte Margarete de Grouangs, iuxta Baiarzium heredum q. ser Zanij de Burgo Superiori Utini, et secus ser Nicolaum Dominici de Pirano cum hoc quod prefatus ser Morandus habere, tenere, et possidere debeat dictum unum starium frumenti et duo congia Vini de liuello super dicto prato, et alneto, usque ad uitam suam, et post mortem suam deueniat antedicto Conuentui; Cum hac conditione quod dictus Conuentus teneatur, et debeat annuatim in die obitus ipsius ser Morandi suum facere anniuersarium;— Item Unum Mansum Situm in Collugna rectum per Franciscum de Colugna cum omnibus suis Iuribus, et pertinentijs, hijs conditionibus, et pactionibus, videlicet Quod dictus ser Morandus usque ad uitam suam, post mortem uero eius Domina Galdruda sua Uxor usque ad uitam eius, et ser Leonardus frater ipsius ser Morandi, usque ad uitam eius habere, tenere, et possidere debeant dictum Mansum, et post mortem ipsorum trium, et ser Leonardi peruenire debeat antedicto Conuentui, Cum hoc, quod teneatur, et debeat semel in Ebdomada celebrari facere unam Missam super altare Capelle Sanctissimi Corporis Christi de Utino pro anima predicti ser Morandi;— Item duos Mansos cum omnibus eorum iuribus, et pertinentijs Sitos in Cauagnaco et eius pertinentijs rectos videlicet Unum per Matiussium de Cauagnaco, Alterum uero per Petrum de Cauagnaco Soluendo annuatim de liuello in festo Natiuitatis Domini, uel octo dierum post, pro ipsis duobus mansis Viginti libras Olei cuidam altari Sancti Georgij in Ecclesia Sancte Marie de Tricesimo, que XX.ti libre Olei legati fuerunt antedicto Altari Sancti Georgij per olim Stephanum Virum ser Johannem q. ser Morandi de Castellerio, hac tamen conditione et positione, quod dictus ser Morandus usque ad uitam suam habere tenere, et possidere debeat dictos duos Mansos, et post mortem eius peruenire debeant suprascripto Conuentui, Cum hoc quod tenentur, et debent annuatim in die obitus ipsius ser Morandi.

Morandi, suum facere Anniversarium et in die obitus Dñe Galdrude sue Uxoris facere aniuersarium ipsius Dñe Galdrude, et in die obitus olim S. Nicolai fris ipsius S. Morandi facere aniuersariu ipsius S. Nicolai cum Missis, et Vigilijs, pro animabus eorundem S. Morandi, et Dñe Galdrude, ac olim S. Nicolai: Ad habendum, tenendu, possidendum, dandu, donandu, alienandum, uendendu, obligandu, permutandu, insolutu dandu et quicquid dictis fratribus Thomasio et Zanetto dictis nominibus placuerit perpetuo faciendum, sine contradictione dicti donatoris, eiusque heredu, seu alicuius alterius persone, saluis conditionibus suprascriptis. Constituens se dictus S. Morandus donator nomine ipsor. fratru Thomasij, et Zanetti nomine predict. stipulan. et recipien. possidere dicta liuella, et Mansos suprascriptos donatos, donec dicti eis tenutam intrauerint, et possessione acceperint corporalem, uel quasi quam accipiendi, et inde eoru dictis nominibus auctoritate retinendi licentiam omnimodam contulit, atque dedit, per modu suprascriptu; Promittensq. prefatus S. Morandus donator pro se, et suis heredes, et cum obligatione omniu suor. bonoru, presentium, et futuror., ac refectione damnor., omniu, et expens. litis, et extra, ac interesse prenominatis fratribus Thomasio, et Zanetto nomine suprascr. stipulan. et recipien. dict. donat. ac omnia, et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere et plenius obseruare, saluis condictionibus suprascr. et oneribus, ipsaq. liuella, et mansos suprascriptos donatos eisdem Dñis fribus Thomasio, et Zanetto, nomine predict. recipientibus in iure legitime defendere, auctorizare, disbrigare, uuarentare, et expediare manutenere ab omni homine, collegio, uniuersitate, eccla, et persona qualibet, et eis ut supra recipientibus de ipsis liuellis, et Mansis donatis, uel aliquo ipsorum, seu parte uel aliquo eor. iure litem, seu questione, ac controuersiam aliquam non facere, nec mouere, nec uolenti mouere consentire, et non contrafacere, dicere, uel uenire, per se uel aliu, seu alios aliqua ratione, uel causa, dolo, ingenio, ingratitudine, siue fraude, de iure, uel facto, sub pena dupli, ualoris dict. liuell. et Mansoru donatoru ut pro tempore plus ualuerint, uel meliorat. fuerint minus quinque solid. ueronen. paruoru in singulis Capitulis huius contractus stipulata, et promissa; Qua soluta uel non pns instrumentu, ac omnia, et singula in eo contenta obtineant plenu robur, atq. propriam firmitate. Renuntians idem S. Morandus donator exceptioni sic non fact. per eum, dict. donationis contractus non sic celebrat. condictioni indebiti sine causa, et ex iniusta causa doli, mali, et in factu actioni tempore huius contractus. et quod summa quingentoru aureor. non extendet nec principiu foret insinuatu. Volens et mandans ex dicta donatione tot esse donationes, quod mult. ipsar. summa predict. excedat, et omni alii iure, et iure ueneto, tam canonico, quam Ciuili; tenute autem nuncius datus fuit per dictu S. Morandu donatore antedictis Dñis fratribus Thomasio, et Zanetto nomine suprascr. recipien. S. Iacob q. S. Zavanarij de Tgellis de Utino test. predict. qui ipsos Dños fres Thomasium, et Zanettu, uel aliquem ipsoru ut supra recipien. Saluis dictis condictionibus et oneribus de dict. liuell. et Mansis donatis in tenuta, et corporalem possessione, seu ipsu ponat, et induat;

Ego Franciscus q. Nicolussij de Utino, publicus Imperiali auctoritate Notarius

Notarius hijs omnibus interfui, et rogatus scribere fideliter scripsi;

Comprimitur cum. leg. membranis etc. in le ipso primitus lusus Conuentus mediante aliena manu exemplaria Ludouicus Acquileia P. G. A. N. sacraque cultus, quia concordare inuenit, in fidem nomen simul una cum signo apposita mutuis saluis anno 1715. Ind. 8a, die autem 23 Xbris

L B

COLVGNA: & CERESETO:

IN Christi nomine Amen. Anno à Natiuitate eiusdē.
Domini Millesimo Quadrigentesimo quinto Indictione tertiadecima, die Veneris, ultima mensis
Iulij. Actum Utini in Sacristia Ecclesiæ Conuentus Sancti Petri Martiris Ordinis Fratrum Præ=
catorum de Utino. presentibus magro Nicolao Sirugo pelliparo q. Sandri qui fuit de Donaec, Rinaldo
pelliparo q. Antonij Burboni, Francesco Cerdone de la porta q. Andree Marangoni Iacobo
pelliparo Marquardo q. Ioannis filij hijs de Utino magro Ioanne Canario suorum Georgij, et
Ioanne Sarano q. Nicolai de Iustinopoli omnibus Utini habitantibus testibus ad hec uocatis
et specialiter rogatis, et alijs pluribus. Honesta Dña Margareta relicta olim Leonarducij
qui fuit de Colugna Utini residens, per gratiam omnipotentis in statu sobrietatis consti=
tuta, intendens saluti animæ suæ prouidere, dum uitam ducit in humanis et est compos
sui, in remissione peccatorum suorum, et pro anima sua, et eius predecessorum pure, mere, libere, sim=
pliciter, et irreuocabiliter nomine donationis, que dicitur inter uiuos, et non causa mortis, que qui=
dem donatio nulla in posterum ingratitudine reuocari possit, et de sui certa scientia, ac bona, et
pura uoluntate, non ui, non dolo, nec metu nec modo aliquo subducta per se et suos Heredes
dedit, cessit transtulit donauit, atque mandauit Venerabilibus, et honestis uiris, Dominis
fratribus Laurentio nato Petri de Florentia Vicario, et Ioannuto de Utino Sindico Conuen=
tus, et ordinis Sancti Petri Martiris, et fratrum Predicatorum de Utino ibidem presentibus,
stipulantibus, et recipientibus uice, et nomine, predictorum fratrum Ordinis, et Conuentus
Ecclesiæ Sancti Petri Martiris de Utino, et pro suis Successoribus, uel cui hoc ius suum
dare uoluerint quoddam suum liuellum unius starij frumenti, quod eidem domine
soluebatur annuatim in festo Natiuitatis Domini, uel octo diebus post, ad mensuram
Comunis Terræ Utini, per Iaminum q. Iohannini de Cereseto super uno Campo terræ Ara=
toriæ, et pastinato sito in pertinentijs, tabelle Villæ Martignaci in loco nominato
Rozallis, Cuius hij sunt confines; Ab una parte possidet dictus Ioaninus, à secunda
iuxta Pascuum Comunis Villæ Martignaci, à tertia possidet Laurentius fra luri de
Martignaco, uel si qui dicti campi ueriores essent confines, Et omne ius, et actionem
iura, et actiones reales, et personales, utiles, et directas, tacitas, et expressas, mixtas
atque pretorias, quod et quam, quem, et quas ipsa Dña Margarita habet, habere
potest, seu in posterum habere posset in ipso liuello, et super dicto Campo, ac contra
prefatum Ioanninum uenditorem, eiusque heredes. et bona, uigore cuiusdam publici
emptionis Instrumenti, de ipso liuello, per eandem Dñam Margaretam facti à me

Iohannino notario

1405.

Quarino Not. uisi, et lecti, scripti, et publicati manu Odonis Notarij de Carnis Utini habitantis.
In Millesimo Tringentesimo, Octuagesimo nono, Indictione xij. Die prima Mensis Februarij.
Item prefata Dna Margarita per se, et suos heredes dedit, cessit, transtulit, atque donauit eisdem
Dnis Fratribus Laurentio, et Johanutio ut supra stipulantibus, omne Ius, et Actionem, iura et
Actiones reales, et personales, utiles et directas, tacitas et expressas, mixtas atque pretorias, quod
et quam, que, et quas prefata Dna Margarita habet, habereque uidetur, ac potest, seu in posterum
habere posset in medietate duorum Sectorum de Prato, sito in pertinentijs de Colugna cuius
hij sunt confines; Ab una parte iuxta Pascuum Colugni, à secunda iuxta pratum heredum
Iacobi Guassij, à tertia parte iuxta Pratum Antonij de Colugna; Item in medietate
trium Camporum positorum in pertinentijs dicte Ville de Colugna. Quorum Primus est iuxta
Pascuum Colugne, à secunda iuxta Campum Nicolai de Colugna, et iuxta terrenum rectum
per Leonardum Stephanj de Colugna, et iuxta uiam publicam. Secundus uero certis
conuiergis eidem spectantibus est in l'a., iuxta campum iuxta Campum Nicolaj Sophie, à secunda
iuxta Pascuum Colugne, à tertia iuxta uiam, et iuxta sumasiltu Nicolaum; Tertius uerò
Campus est in dictis pertinentijs Colugne in loco dicto Prata iuxta uias publicas, iuxta
Campum rectum per Leonardum Stephanj, iuxta predictum Nicolaum Sophia, et iuxta predictorum
prati, et camporum ueriores confines siqui forent; Item omne Ius, et actionem, iura et
actiones reales, et personales, utiles, et directas mixtas atque pretorias quod et quam, que
et quas ipsa Dna Margarita habet, habereque uidetur et potest, seu in posterum habere posset,
contra, et aduersus Dnam Subitusiam, filiam q. Ser Francisci de Faganea, et Uxorem
Ser Jacobi q. Dni Ridinussij de Benbono uenditricem predictorum duorum Sectorum prati, et
trium Camporum cum conuiergis, et contra ipsum Ser Jacobum manutentorem constitutum, et bona
tam de predictis bonis, precioque ipsius Dne Subitusie sue Uxoris, eorumque heredes, et
bona, tempore emptionis per eandem Dnam Margaretam facte de predictis, prato, et Campis,
prout de ipsa emptione continetur quodam publico Instrumento similiter à me Quarino
Not. uiso, et lecto Scriptoque, et publicato manu Nicolai Notarij q. Ser Philippi de
Faganea in 1402. Indictione x. Die Dominica, tertia mensis Decembris;
Ponens ipsa Dna Margarita, eosdem Dnos Laurentium, et Johanutium ut supra sti-
pulantes in locum suum, et eos ac quoscumque eorum, et cuiuslibet ipsorum Successores pro-
curatores constituens tamquam in rem propriam dicti Conuentus; Itaquod amodo dictus
Conuentus, et Rectores eiusdem suo proprio nomine actionibus utilibus et directis, taci-
tis, et expressis, mixtis atque pretorijs possint, et ualeant sua propria auctoritate
et sine omni contradictione dicte Dne donatricis, eiusque heredum, et cuiuslibet
alterius persone dictum Liuellum exigere, et bona omnia suprà expressa, cum omnibus suis
iuribus, et pertinentijs in se habere, tenere, possidere, dare, donare, locare, uendere, alie-
nare, et omnem euidentem utilitatem dicti Conuentus facere, necnon possint uti, agere, ex-
perirj, excipere, replicare, consequi et se tueri, à quibuscumque et contra quoscumque in
dicta bona impedientes, et maximè contra prefatos uenditores, et manutentorem eorun-
dem, eorumque heredes, et bona presentia, et futura; Et generaliter omnia alia et
Singula facere in predictis, et circa predicta, et quodlibet predictorum exercere, in iudicio,
et extra, quemadmodum prefata Dna Margarita ante presentem Cessionem, et donatio-
nem

nem facere poterat seu in posterum facere posset dicens, et affirmans ipsa Dna Margarita
nemini alteri, preterquod de pnti dictis Dnis fratribus et sup stipulantibus dictum
ius suum seu iura predicta de predictis cessisse, seu modo aliquo alienasse; Quam:
quidem cessione, et donatione ipsa Dna Margarita de predictis fecit, eoquia dicti
Conuentus, et fres eiusdem, qui pro tempore fuerint, teneantur, et sint obligati,
prout se, et suos Successores obligauerunt annuatim facere anniuersarium ipsius
Dne Margarete super suo tumulo in die depositionis ipsius Dne Margarite, pro
anima sua, et eius predecessorum; Promitens quoque dicta Dna Margarita, necnon
iurans corporaliter ad sancta Dei Euangelia manu tactis Scripturis sibi prius
à me Notario Hosp.º sub, et infrass.tis delato debito Sacramento pro se, et suis here=
des et cum obligatione omnium suorum bonorum, pntium, et futurorum, ac cum refectione
damnorum, omnium, et expensarum, litis, et extra, ac interesse, predictas cessionem, et do:
natione et oia, ac singula in hoc pnti Instrumento contenta, perpetuo firma rata, et
grata habere, tenere, et plenius obseruare, Et litem aliquam de predictis uel aliquo
predictorum eidem Conuentui non mouere, nec alicui facere uolenti aliquatenus consentire, ipsasque
cessione, et donatione aliqua ingratitudine non reuocare; Sed dictum Ius sit cessum
de omnibus predictis in iure legitime deffendere, et eidem Conuentui manutenere solum ab
illis personis quibus dicta bona, seu ius predictum reperiretur per eandem Dnam Margaritam
uel alicui eius nomine esse uendita, uel modo aliquo alienata, et non ab alijs personis nec
alio modo, Et nunquam contrafacere, dicere, uel uenire, per se, uel alium, seu alios, aliqua
ratione, dolo, ingenio, siue causa, de iure, uel de facto, sub pena dupli, eius, de quo in
predictis questio mota fuerit minus quinque solid. Bernens. paruorum, in singulis capi:
tulis huius contractus stipulata, et promissa; Qua soluta, uel non nihilominus pns
Instrumentum, et omnia, ac singula in eo contenta semper plenum obtineant robur;
Insuper renunciauit ipsa Dna Margarita omni exceptioni non sic per eam factarum
predictarum cessionis et donationis de predictis tempore huius contractus [illegible]
consuetudini, iuri ypothecarum, et omni alij suo legum iuris et usus auxilio, tam canonico quam
Ciuili, quo contra predicta uel aliquod predictorum dicere, facere uel uenire posset tacite uel expresse;

S. M.

Et Ego Guarinus quondam Mattei Odonis Serdenis de Ytine publicus auc:
toritate imperiali Notarius predictis omnibus, et singulis presens fui,
eaque rogatus Scribere aliter Scripsi et publicaui, nomine Signo
meis in testimonium omnium premissorum appositis debitis et consuetis.

S.

Concordat cum orig. in membranis descripto, et positi
in archiuio [illegible], ita est, ac pro [illegible]
transcriptum [illegible] Ludouicus
[illegible], ac rogatus [illegible] in
fidem apposito signo die [illegible] 24.º [illegible]

L B

IN Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Domini Millesimo, Quingentesimo, Trigesimo Sexto, Indictione nona, die uero Lune, penultimo Februarij, Actum in Sacrario Reu.di Conuentus Sancti Petri Martiris, Presentibus ibidem magro Georgio de Traua contrate Carnee pellipario Vtini, et Dominico q. Leonardi del Tempur de Porta Caschenanj testibus habitis, uocatis, et rogatis; Ibique Nicolaus q. Leonardi Zarne de Cucona habitans in Visono ultra Turrim pretio et foro ducatorum Duodecim in ratione £ 6 ß 4 pro ducato, quod totum pretium ibidem habuit, et effectualiter recepit, ab infrascriptis Reu.dis Patribus facientibus nomine S.di Conuentus Sancti Petri martiris, in presentia testium suprascriptorum, et mea Notarij, Per se, et eius heredes, iure proprij liberi, et in perpetuum dedit uendidit, et tradidit R.R. Prioribus Dnis Magro Joanni de Sauorgnano Sacre Theologie professori Priori, ac Magro Jacobo Curtio, etiam Sacre Theologie professori, ibidem presentibus, et ementibus, uice, et nomine dicti Reu. Conuentus Vnam dicti uenditoris Braidam, Quantitatis Camporum duorum uel circa, terre aratiue, plantatam una planta, uitium, et arborum, sitam in pertinentijs Vtini, Porte Sancti Lazarj, dictam la Braida longa, iuxta a Solis ortu Vnam Braidam Petri Berthussij nepotis dicti uenditoris, a meridie stratam publicam, ab occasu terras dicti Petri, a montibus uiam dictam a uiulla deli Loui Sanus &. cum omnibus iuribus &. Ita habendum, tenendum possidendum, et quicquid eidem R.R. Patribus representantibus dictum Conuentum placuerit perpetuo faciendum, sine contradictione dicti uenditoris, suorumque heredum, uel alterius cuiuscunque persone, Constituens se nomine dicti Reu. Conuentus possidere, donec &. Quam, et &. Promittens per se, et suos heredes, et sub obligatione omnium, et singulorum suorum bonorum, mobilium, et Immobilium, presentium, et futurorum, eisdem Reu.dis Fratribus stipulantibus nomine dicti S.di Conuentus, ac per se et successoribus suis dictam Braidam ut supra uenditam in iure legitime defendere, authorizare, disbrigare, et in solidum manutenere contra quoscunque presentem uenditionem, ac omnia, et singula suprascripta in presenti Instrumento contenta perpetuo habere rata, et grata, et non contrauenire per se &. aliqua ratione uel causa, de iure, uel de facto; sub pena dupli; Et ibidem Petrus Berthussij de Colugna nepos dicti uenditoris constituit se cum obligatione omnium suorum bonorum, eidem S.dis Patribus stipulantibus pro dicto S.to Conuentu manutentorem, et principalem disbrigatorem dicte Braide, Quem idem Nicolaus cum simili obligatione promisit releuare;

S·M· Ego Benuenutus Morettus q. prudentis S. Nicolai Ciuis, et habitator Vtini, publicus imperiali auctoritate Not.s Vtini matriculatus suprascriptis omnibus et singulis presens fui, rogatus scripsi, et alijs impeditus per alium mihi fidum hic transcribere feci, et quia cum originali meo concordare inueni, ideo me cum solitis signo, et nomine subscripsi in fidem;

L B Refferens cum [illegible] cum autentico exemplo [illegible] [illegible] suprascriptum [illegible] [illegible] Ludouicus Bernilacqua [illegible] [illegible] ideo [illegible] [illegible] [illegible] solito signo apposui in fidem die 23a [illegible] 1715.

IN Christi Nomine Amen:- Anno, à, Natiuitate eius=
dem Millesimo Tricentesimo, Nonagesimo Octauo, Indictione Sexta, Die Secundo Mensis
Iulij. Actum Utini sub claustro Monasterij et loci Fratrum Predicatorum Ecclesia Sancti Petri Mar.
presentibus D. Petro q. Dominussij de Bolonis, magistro Dnico aurifice q. Gilberti, Nicolao q. Raynoldi,
draperij omnibus de Utino, et Donato q. Marchi de Godia, Utini habitatoribus, testibus, et alijs pluribus: -
Vir prouidus D. Valentinus q. D. Henrici de Valantinis de Utino, considerans deuotionem
et sinceram dilectionem quas gerit et habet erga Ecclesiam Monasterium, locum, et conuentum
fratrum Predicatorum Sancti Petri martiris de Utino, et in futurum habere intendit, sic et
pro salute eius, et quondam parentum suorum animarum, donationis irreuocabilis nomine, que di=
citur inter uiuos, et non causa mortis, et que nullo ingratitudinis dolo causa, uel offensione
ualeat reuocari, mere pure et simpliciter per se, et suos heredes dedit, tradidit et donauit
Religioso et honesto uiro Dno fratri Marcho de Iugia inscriptorum fratrum Priori, ibidem presenti,
recipienti uice et nomine Ecclesie Monasterij, Loci, et Conuentus fratrum Predicatorum
Sancti Petri martiris de Utino, et pro ipsis bona, et liuella sua, inscripta, cum omnibus
eorum Iuribus, et pertinentijs; Inprimis quidem iure proprij Duos campos contiguos, si=
tos in tabella, et pertinentijs ville de Cussignaco in uia de Pozo quorum hij sunt con=
fines; Ab una parte possidet Venutus q. Missij de dicta Villa; Ab alia est uia pu=
blica, Et ab alijs duabus partibus sunt uie tendentes ad dictos campos; Item unum
campum uocatum de la mulla situm in tabella Cussignaci, cuius ab una parte possidet
Nobilis Dnus Tristanus de Sauorgnano, à Secunda D. Nicolinus de la Turre, et ab
alia sunt due uie tendentes ad dictos campos; Item unum campum situm in tabella dicte
Ville in Modoleto iuxta terrenum Dni Tristani suprascripti, terrenum Francisci q. D.
Missij de Ramanzacho habitantis Ciuitatis Austrie, et iuxta suprascriptum Venutum;
Item medium campum situm in tabella dicte Ville Cussignaci in Acuit, iuxta Pratum su=
prascripti Dni Tristani, iuxta Hermanum q. dicti D. Missij de Ramanzaco, Utini
habitantis; Item unum alium medium campum situm in dicta tabella in loco uocato Vima,
iuxta terrenum Dni Tristani antedicti, terrenum Antonij D. Missij de Ramanzacho,
terrenum Mathiussij Dne Sabide de Utino, et uiam publicam; Item unum Pratum
unius Sectoris cum dimidio situm in loco qui dicitur Garanda iuxta Prata Suprascripti
Antonij de Ramanzaco; Item unam Siluam circa medium Campum sitam iuxta
Siluam suprascripti Francisci de Ramanzaco, prenominatum Venutum de Cussignaco,
et uiam publicam; Que quidem bona reguntur per Nicolaum filium Berni de Cussi=
gnaco, et pro ipsis in anno de affictu Simbilici soluuntur per eum staria frumenti tria,
cum dimidio, ad mensuram Communis Utini, Et media Marcha denariorum. Item unum Pratum
de quinque Sectoribus situm in loco appelato Moret, iuxta terrenum Ecclesie de
Pisano, terrenum Suprascripti Dni Tristani de Sauorgnano, et terrenum D. Gregorij dicto
Porcean, de Utino, quod uero Pratum modo regunt suprascriptus Nicolaus Berri, et
Nicolussius nepos Chutte de Cussignaco, et soluunt pro ipso de affictu Simbilici denariorum
quinquaginta quinque, et Gallina una in anno; Item unum liuellum perpetuale octo
denariorum quod soluit et soluere tenetur annuatim in festo Natiuitatis Domini, uel octo
diebus post, memorato D. Valantino de natorum Ecclesia Sancti Dauij de Cauegna, Super
quadam eius domo sita Utini in Villa superiori in contrata Calosimadinj, iuxta Conar=
dum dictum Broz, Utini habitantem, Conardum filium Stephani de Cauegna quandam
comune Curiam, et uiam publicam; Item liuellum decem denariorum, quod soluerat

dicto termino

dicto termino eidem D. Valantino Zhuspour pellipparius filius Mesadiene, item in porta Sancti Lazari ha=
bitabit super quandam eius domo sita Utini in dicta contrata iuxta confines infradictae domus
Ecclesia Sancti Pauli de Ciuigna, Et unum aliud livellum Sex. in denariis, quod solvebat
annuatim in premisso termino antedicto D. Valantino Michael dictus Tos; de Playno super
una eius domo cum omnibus suis iuribus, et pertinentiis sita Utini in porta Sancti Lazari, iuxta
Danitium filium Iuarpenti heredes olim Ladij Cavalerij de dicta porta Michaelis Tius de
Playno, et viam publicam, vel si qui alij predictorum omnium bonorum forent confines ueriores an=
nuatimque deinceps in predicto termino ipsa livella perpetuo persoluenda predictis Ecclesiae
Monasterio, loco, et conventui fratrum Predicatorum de Utino, per dictos livellanos ipsa bona detinentes
super possessionibus eorundem suprascriptis; Ad habendum, tenendum, possidendum, vel quasi quo
ad dicta livella gaudendum et omnem utilitatem dictorum Ecclesiae, loci, monasterij, et conventus fratrum
Sancti Petri martiris de ipsis perpetuo faciendum, Salvo tamen conditione inscripta sine
contradictione dicti D. Valantini donatoris, eiusque heredum vel alicuius alterius personae, cum omni=
bus et singulis que dicti campi et Prata, ac Silua habent supra se, infra, seu intra se, in in=
tegrum, omnique iure, et actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, honore, commodo, et
utilitate, atque cum omnibus, et singulis spectantibus, et pertinentibus eisdem bonis, et livellis
donatis et ad ipsa seu dicto donatori, ex eis quoquomodo, tam de iure quam de facto, et
cum omni iure spangandi, et dispangandi, vel innovandi fictus, et livella, duplices et
simplices, petendi et exigendi, et se de dictis possessionibus super quibus solvuntur dicta livella
intromittendi tenuta, et possessione earundem, si annuatim in dicto termino de dictis livel=
lis non fuerit integre persolutum secundum usum livellorum in terra Utini hactenus obser=
vatum; Hac tamen conditione apposita et per dictum donatorem solemniter declarata, V3.
quod fratres Ecclesiae Monasterij, et loci Sancti Petri martiris de Utino predictorum dicta
bona et livella donata nullo unquam tempore particulariter, uel in totum vendere, uel modo
aliquo alienare ualeant, sed ipsa omnia penes dictos Monasterium, locum, et Ecclesiam Sancti
Petri martiris remanere debeant, ipsa in se reservando, aliquibus in contrarium penitus non
obstantibus; constituens se possidere uel quasi dicta bona, et livella prefatus D. Valan=
tinus donator ipsius Domini fratris Marchi ut supra recipientis nomine donec ab eis dicto
nomine possessionem uel quasi acceperit corporalem, quam accipiendi, et dicto nomine
retinendi, eidem Domino fratri Marcho licentiam omnimodam contulit, atque dedit,
Promittens quoque dictus D. Valantinus per se, et suos heredes, et cum obligatione omnium
suorum bonorum presentium, et futurorum, ac refectione damnorum omnium, et expensarum
litis, et extra, ac interesse, sub obligatione stipulatione solemni dicto Domino fratri
Marcho stipulanti, et recipienti vice, et nomine dictorum Ecclesiae, Monasterij, loci, et
fratrum Sancti Petri Martiris, et pro ipsis, dicta donatione, ac omnia et singula in hoc
instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere et plenius observa=
re, nihilominusque antedicto Domino fratri Marcho ut supra stipulanti, et recipienti
dicta bona et livella donata in iure legitime deffendere, manutenere et in solidum
disbrigare ab omni homine, collegio, universitate Ecclesia, et persona qualibet, Et
non contrafacere, dicere, uel uenire, per se, uel alium, seu alios, aliqua ratione
uel causa, dolo, ingenio, seu fraude de iure, uel de facto, Sub pena dupli ualoris
dictorum bonorum, et Livellorum donatorum minus quinque soldis Veronensium paruorum
in singulis Capitulis huius contractus stipulata, et promissa; qua soluta uel non

presens Instrumentum

Dns. instrumentum in omnibus perpetuo plenum obtineat robur; Renuncians dictus Valantinus exceptioni per eum non sic facte dicte donationis tempore huius contractus doli conditioni sive causa in factum actioni et omni alii legum et iuris auxilio, tam canonico, quam civili, quo se à contentis in hoc instrumento modo aliquo tueri posset; Inuite autem nuncius datus fuit per dictum Valantinum Dno fratri Marcho ut supra recipienti antedictus Donatus Cutis superius nominatus, ut moris est, cum plenissima facultate.

S. N. Et ego Thomasinus q. Nicolai Messe Notz. de Utino publicus Imperiali auctoritate Notarius praedictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et subscripsi, meumque hic signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Exemplum finitum ex alio aut. posito in memorato scriptu & sib. ... ego Ludovicus Berintagna ... publ. Not., ex collat. ad Litteram se sub. in fide cum signo die 23 ... 1515

L B

CICONICO

IN Christi Nomine Amen. Anno à Nativitate eiusdem Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Septimo, Inditione quinta, Die tertiadecima Januarii, Actum Utini in capitulo, et loco capituli ... fratrum Sancti Petri Martinis Ordinis fratrum Predicatorum de Utino consueverunt ad capitulum congregari, Presentibus ... viris Dnis fratre Bernardo de ... lectore, fratre Bonaventura de ... Magistro artium, fratre Benevenuto de Utino, Providis viris Bernardino ... de ... Utini habitante, Nicolussio notario q. ... Zanni de Utino, Joannuto draperio q. boni de Utino, et Nicolao Notario filio ... Philippi de Fagagna testibus, et aliis.

Discretus Juvenis Curbellus q. Jacobi Curbelli de ... habitator Utini pro remissione peccatorum suorum et Dne Montuerde eius matris, titulo, et nomine donationis que dicitur inter vivos que nulla ingratitudinis causa, vel offensa valeat revocari seu possit, salva tamen conditione infrascripta per se, suosque heredes dedit, tradidit, et donavit Venerabili, et Religioso viro Dno Fratri Marco de Clugya tamquam Priori Conventus predicti Ordinis Fratrum Predicatorum ... Sancti Petri Martiris de Utino recipienti pro se suisque Successoribus, et vice, ac nomine dicti Conventus, et Monasterii Fratrum Predicatorum de Utino eiusque Successorum, quandam responsionem ... stariorum frumenti, que eidem solvit annuatim in festo Nativitatis Domini, vel octo dierum post, et solvere tenetur, et debet Candidus q. Joannis pizuli de Zuconico ... Sue Staria super quadam sua Brayda cum suis pertinentiis sita in pertinentiis Fagagne in loco dicto quel Dalen iuxta Muzium de Zucomicho, et iuxta collem de Adon, et à duabus partibus iuxta vias publicas, et ... super duobus Campis sibi invicem contiguis sitis in pertinentiis Zuconici in loco dicto ... iuxta terrenum Francisci de Fagagna ...

Ulmissim

per Vlmissium de Quconico, et iuxta duos campos dni Indriueis ac Vetalen rectos a dicto Vlmissium a duabus partibus, et iuxta viam publicam, vel si qui alij dictorum Brayde et camporum veriores forent coherentes, Ad habendum tenendum possidendum, seu quasi gaudendum, usufructuandum, et omnem utilitatem ipsius Conventus, et Monasterij faciendum, sine omni contradictione, et repetitione dicti donatoris, suorumque heredum, et cuiuslibet alterius persone, cum omni iure, et actione, usu, seu requisitione Servitute, dominio, et honore, comodo, et Utilitate, sepe dicto Curbello donatori, aut ad ipsum pro ipso livello donato, vel ex eo modo aliquo spectantibus, et pertinentibus, tam de iure quam de facto, Constituens se dictus Curbellus donator dictum livellum donatum ipsius Conventus, et Monasterij nomine possidere, seu quasi, donec ipsius tenutam, et corporalem, seu quasi acceperit possessionem, Quam accipiendi, et in se sua propria auctoritate retinendi, deinceps eidem Domino Priori dicto nomine licentiam omnimodam contulit, atque dedit, Hiis vero pacto, et conditione solemniter habitis, et firmatis inter ipsum Curbellum donatorem ex una parte, et prefatum Dnm Priorem ex alia parte, Videlicet, Quod dictus Conventus Fratrum Predicatorum teneatur, et debeat, ut ibidem promisit ipse Dns Prior perpetuo facere celebrari duas missas singula septimana, super altare Scti Johannis Evangeliste, quod est super pulpito existente in medio dicte Ecclesie Scti Petri Martiris de Utino, Ita quod si non celebrarentur dicte due Misse super ipso altari, et pro ipso Conventu hoc deficeret fieri, quod tunc ipse Curbellus donator per se et suos heredes possit, et valeat dictum livellum trium stariorum frumenti auferre a dicto Conventu, et Monasterio, et se de ipso livello auctoritate propria impedire, sicut de re sua propria, ut sic inter ipsas partes dictis nominibus expresse actum, pactatum, extitit, et affirmatum; Promittensque quoque dictus Curbellus donator corporaliter iurando ad Sancta Dei Evangelia per se suosque heredes, sub obligatione omnium suorum bonorum presentium, et futurorum, et refectione omnium damnorum, et expensarum litis, et extra, ac interesse, eidem dno Priori stipulanti, et recipienti per se suisque successoribus, et vice, ac nomine predicti Conventus, et Monasterij Fratrum Predicatorum de Utino, et pro eo et suis Successoribus dictam donationem, et omnia, ac singula in hoc instrumento contenta firma et rata habere, tenere, et plene observare, et non contrafacere, vel venire per se vel per alium, seu alios, aliqua ratione vel causa, nec litem movere nec moventi consentire Sed dictam responsionem livelli donati eidem Dno Priori, et Conventui Fratrum Predicatorum, et suis Successoribus in iure legitime deffendere, auctorizare, disbrigare, et manutenere, ab omni homine, collegio, Ecclesia, universitate et quolibet persona, sub pena dupli valoris dicti livelli donati minus quinque Soldis parvorum Veronensium parvorum, solemniter stipulata, et promissa; Qua soluta, vel non, presens Instrumentum optineat plenum robur, Et sic predictus donator eidem Dno Priori recipienti nomine quo supra datus fuit tenute nuncius Nicolaus Notarius de Fagagna testis predictus, qui ipsum Dnm Priorem dicto nomine tenutam dicte responsionis livelli donati ponat, et corporalem, seu quasi possessionem inducat.

S. N.

Et Ego Ambrosius q. Ser Alberti de Uchanea publicus Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus et singulis interfui, et rogatus scripsi, meis signo et nomine appositis consuetis.

Ex.o alio med.o incende r. ex membranis, ex posito ut ante ita reg.o ind.e ... Ricardus ... Ludovicus Not.s exemplum ... et d. ... autenticando ... reg.o in ... cum ... signo die 23. 7bris 1715.

L B

CICONICO

IN Christi nomine Amen:. Anno Natiuitatis eiusdem
Domini, Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Septimo, Indictione Quintadecima, Die
Iouis Septimo Septembris, Actum Utini, in foro nouo in Apotecha super tabula Apotece habitationis
infrascripti Emptoris, Presentibus Antonio filio magistri Iacobi mercadant de Ciuitate Austrie,
et Francisco q. Petri Lapizile de Meduno, pelliparijs, et laboratoribus infrascripti emptoris
testibus ad hec habitis, uocatis, et rogatis; ————
Ibique: D. Gimania relicta q. Nicolai de Zuchonicho, presentibus, et consentientibus Laurentio, Mar=
gareta et Ioanna eius filijs et filiabus, Pretio, et foro Ducatorum decem, quod totum pretium fuit,
contenta, confessa, et manifesta habuisse, et integre recepisse ab infrascripto emptore, Re=
nuntians exceptioni non habiti, non recepti non traditi sibi totius dicti pretij spei futur.
numerationis dolo, malo, ingenio, fraudi, et omni alij suo legum, et iuris auxilio, tam Cano=
nico quam Ciuili, cum quo, uel quibus a contentis, seu aliquo contentorum in presenti Instrumento
modo aliquo se posset deffendere, uel tueri, per se suosque heredes dedit, tradidit, et in per=
petuum uendidit Magistro Tristano Pellipario q. Magistri Georgij, Utini in foro nouo habitanti,
stipulanti, ementi, et recipienti per se, suisque heredibus, aut cui ius suum dare uoluerit:
Unum liuellum, seu annuam, et perpetuam liuellariam responsionem unius starij frumenti mundi,
et puri ad mensuram Communis Utini singulis annis ipsi Emptori, suisque heredibus, aut cui ius
suum dare uoluerit persoluendam per ipsam uenditricem suosque heredes et c. In quolibet festo
Sancte Marie Augusti uel octo dierum post; in, et super quodam ipsius uenditricis Campo, sito
in pertinentijs de Zuconico iuxta Adam de Ziconico, iuxta unum Campum D. Domini Francisci
abbatis de Glemona rectum per Danielem Martinum de Zuchunico, iuxta unum Campum Domini
Rizzardi de Fontebono, iuxta uiam publicam uocatam uia del Sfoglio et iuxta suos plures
et ueriores confines, si qui sunt; Cum omnibus, et singulis Iuribus, et pertinentijs spectan=
tibus, et pertinentibus, tam de iure quam de facto, predicto liuello et c. Ad habendum,
tenendum, gaudendum, usufructuandum, dandum, donandum, permutandum, insolutum dandum
pro anima, et corpore iudicandum et quicquid dicto emptori, suisque heredibus in perpe=
tuum placuerit faciendum de dicto liuello, seu parte ipsius sine aliqua contradictione
et repetitione dicte uenditricis, suorumque heredum et c. Promittens nunquam litem
uel questionem aliquam de dicto liuello inferre ipsi emptori, stipulanti, et recipienti pro se,
suisque heredibus aut cui ius suum dare uoluerit nec inferrenti consentire, sed potius
illud ab omni homine, comuni collegio, uniuersitate, et persona qualibet impediente disbrigare,
guarentare, et in solidum manutenere, et non contrafacere, dicere, uel uenire per se, uel alium,
siue alios, aliqua ratione et c. Cum auctoritate pignorandi ipsam uenditricem, suosque
heredes aut cui ius suum dare uoluerit, et tenentes, ac possidentes predictum Campum, si
singulis annis loco, et tempore non fuerit de dicto liuello solutus et satisfactus. ||
Constituens se dicta uenditrix dictum liuellum possidere donec de eo dictus emptor intraue=
rit, et corporalem possessionem acceperit: quam accipiendi, et in se auctoritate propria re=
tinendi eidem Emptori licentiam omnimodam contulit, atque dedit, et attribuit ||.
Promittens dictam uenditionem, et omnia, et singula in hoc instrumento contenta habere
rata, grata, et firma ||. Renunciantes omnes dicte mulieres omnibus statutis, Iuribus, et
priuilegijs, Uelleanj Senatus consulti, que in fauorem suum aliquo tempore deducere po=
tuissent, Obligantes ad hec omnia sua bona, presentia, et futura, cum reffectione damnorum
omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse, et sub pena dupli eius, de quo questio
moueretur minus quinque solidorum Ueronensium paruorum in singulis Capitulis huius Instru=
menti; Qua pena soluta, uel non, presens tamen Instrumentum, et omnia in eo contenta
plenum

plenū obtineant robur, et perpetuā firmitatē; — Et ad preces et instantiā dicte venditricis, Antonius q. Francisci de Zucconito per se, suosque heredes se constituit manutentorē dicti Livelli principalem ipsi emptori stipulanti, et recipienti pro se, suisq heredibus, aut cui ius suum dare voluerit, et se constituit legitt. deffensorē in iure contra quoscunque hominem, Cōmune, Collegium, Ecclesiā, Universitatem et personam de dicto livello litem, seu questionem aliquā modo aliquo inferentē seu facere volentē. Obligans ad hec omnia sua bona pñtia, et futura, mobilia et stabilia, cum reffectionē damnor omniū, et expensar litis et extra, ac interesse. Renuncians exceptioni non sic factor, dicte promissionis, obligationis, et manutentionis, omniq alii suo legū, et iuris auxilio, et beneficio sibi quomodolibet competenti, et competituro;

S·N· Et Ego Andreas Leonicus Venetus filius q. Joãnis Leonij de Veneiis Civis, et habitator Utini publicus Imperiali auctē Notarius, nec non Iud. Ordinarius, his omnibus suprascriptis interfui eaque rogatus scribere, et in hanc publicā formam reddigere fideliter scripsi, et in hanc publicā formam redegi, signo nomineque meis appositis consuetis in fidem, robur, et testimoniū oium, et singulor premissor;

L B Reffertq pleniorde cū alius aut. exemplū existente in Stati scripturio; ita est, ex vest. g. sil. fidus transcriptit, et auscultatū; quia concordare invenit, se manu propria subs. in fidē cū signo Ludovicus Benivagna V. A. Notᵘ publᵘ die 23. Xbris 1715.

Testamentum

IN Christi Nomine amen:- Anno Nativitatis eiusdē Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quinquagesimo septimo, Indictione quinta, Die autē Mercurii, Secundo mensis Novembris, Actū in Burgho Faganee in Domo Nicolaj Machonit, de Faganea, pñtibus ibidem Venerabili, ac nobilibus nec non discretis viris Dño presbitero Francisco q. Urbani de Sulec tunc temporis beneficiato in Zuchunicho, Johanne Francisco q. Jacobi, Joãne Francisco de Abbatis de Glemona, Jacobo q. Odorici, ac Nicolao Machonit, his quatuor habitantibus Faganee, necnō Viano quond. Leonardi ac Dominico q. Joãnis Gastaldionis ambobus de quaterno testibus, et aliis pluribus ad hec vocatis, et ab ore proprio infrascripti testatoris presertim, et rogatis;

Ibique vir discretus Magr Daniel q. de Villalta in Faganea habitans instante sospitatē mentis, et corporis considerans et advertens quod egritudinis vehementia corporalis solet plerunque à rationis usu mentē avertere, et nondum temporalia, verum etiam semet ipsū diiudicare non valeat; Et ideo in corpore dum quies est, et in mente sobrietas melius provideatur,

detur, et salubrius disponitur ultime iudiciw voluntatis verw, et bonorum suorum omnium dispositione
per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit; Imprimis
quidem animam suam altissimo Creatori Deo nostro humiliter recomendans, eiusque Beatissi=
me Virgini Marie, et toti celesti curie, Sepulturam sui corporis sibi ellegit, et esse voluit
in Cimiterio Plebis Sancte Marie de Faganea, in monumento suorum predecessorum, Imprimis qui=
dem pro anima sua, et eius Uxoris ac suorum defunctorum, ac omnium benefactorum suorum, ordi=
navit, legavit atque mandavit perpetualiter per suos heredes infrascriptos fieri semel in anno
semper primo die Mercurii, post festum Sancti Michaelis de mense Septembris unum Anniversa=
rium cum presbiteris tresdecim honorifice dando cuilibet sacerdoti solidos octo, et prandium,
et apud vicarios nostros et capelanos mutari deberent Presbiteros de Sancto Vito, Villa lta
et Fres de Villalta de Martignaco, de Moruttio et de Sancta Margarita, et si aliquis di=
ctorum Sacerdotum deficeret, deberet alium mutari, et hoc nominatim, in et super omnia, et singu=
la eius bona tali pacto et conditione quod si infrascripti sui heredes et heredes suorum
heredum non facerent, ut dictum est supra, tunc Camerarii Ecclesie Plebis Sancte Marie
de Faganea qui pro tempore erunt impedire se debeant in bonis ipsius Testatoris, et
facere fieri ut supra per ipsum testatorem ordinatum est, et dicti Camerarii habere deberent pro
suo labore interveniente cum soldos Dece perpetualiter semel in anno; Item lega=
vit perpetualiter Hospitali quod debet fieri in burgo Faganee, Congium medium vini,
et hoc nominatim in, et super infrascriptum Bayartium pergolarum; Item voluit, ordina=
vit, et mandavit quod si contigerit premori ante Margaretam eius Uxorem, quod ipsa
Margareta sit et esse debeat Domina et usufructuaria in domo ipsius Testatoris, usque ad
vitam suam, prout ipsemet, et ipsa Margareta possit, et valeat ordinare, legare, et dispo=
nere lectum suum, et fulcimenta sua, pro anima et corpore, prout sibi placuerit; Item
legavit Venerie filie Magistri Georgii eius nepti lectum, quod fuit sue matris, cum uno
plumatio, et duobus lentaminibus hac condictione, quod ambo infrascripti sui he=
redes deberent maritare ipsam Veneriam, et fulcire ipsam honorifice ad modum hominum
Villarum, et dare sibi nomine dotis marchas duas pro quolibet ipsorum heredum; Item
legavit Lene filie Iacobi Simonis filii de Moruttio unum lectum cum uno plumatio;
Item ordinavit quod Misse que erant in, et super infrascriptum Campum de la mota in=
frascripti Ioannis legatum essent deffalcate de dicto Campo, et computate in numero
predictarum tresdecim Missarum. Item voluit, et ordinavit, quod si infrascripti sui here=
des non possent simul stare, habitare, voluit unicuique ipsorum dare partem suam hereditatis,
hac condictione, quod si aliquis ipsorum non esset contentus de infrascripta divisione, quod
partem sibi per ipsum testatorem legatam pervenire deberet parti contentanti dictam divisio=
nem; Et primo dedit, et consignavit Magistro Georgio Fabro suo nepoti pro sua portio=
ne unum Solarium, cupisque coopertum, situm in Burgo Faganee iuxta Ulianum
de Quaderno, inferius est Canipa Minut Bertholoti de Faganea, Solvendo tamen per=
petualiter iure livelli Nobili Iacomutio de Cirgneo unam Galinam, et unam spa=
tulam de porcho, et nihil aliud; Item unam medietatem terre iure proprii, sitam in per=
tinentiis Villalte in loco nominato Doog.an iuxta suos confines; Item medietatem sue
silve cum prato contiguo sitam in pertinentiis Murutii in Loco vocato Lara iuxta suos confines;
Item medietatem unius Campi siti in pertinentiis Rafalo iuxta suos confines, pasti=
nati vitibus, et arboribus; Item dedit, et consignavit Ioanni eius nepoti pro sua portione
unam Canipam iure proprii, sitam in Burgo Faganee iuxta Ioannem Speciarium de Cir=
gnis de Faganea, iuxta Iacobum Iacini de Faganea, ac iuxta viam publicam; Item
unum Campum iure proprii situm in pertinentiis Villalte in loco nominato la Mota,
iuxta suos confines pastinatum vitibus et arboribus; Item medietatem unius Campi
pastinati vitibus et arboribus siti in pertinentiis Basalriutis iuxta suos confines;
Item unam

Item unum Bayartium cum pergolis situm in Faganea iuxta Nicolaum Machiunt de Faganea, ac iuxta vias publicas; à duabus partibus; Item domos cum Curia, et Bayartio in quibus idem testator habitat, extra portum de ricco cum onere, et honore; Item medietatem suę silue cum prato contiguo sitis in pertinentijs Merutij, in loco nominato lara iuxta suos confines; Item dictus testator uoluit, ordinauit et mandauit, quod dicti Gregorius, et Ioannes eius heredes diuidere deberent omnia, et singula eius bona mobilia pro medietate, prout fuerunt fratres; Item uoluit, et mandauit quod infrascripti sui heredes non possent neque debeant bona stabilia superius sibi legata uendere nec modo aliquo alienare sed . et peruenire debeant de herede, in heredem; Item dictus testator uoluit, ordinauit, et expresse mandauit, quod si aliquis ipsorum suorum heredum, faceret aliquam offensionem in persona ipsius testatoris, uel persona eius &c. quod sit priuatus penitus à portione suę hereditatis, et illa pars peruenire debeat infra scripto Iacobo Simonis filij de Merutio, uel suis heredibus; In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, et immobilibus, presentibus, et futuris iuribus, et actionibus debitis, et excessis quibuscumque, suos uniuersales heredes sibi instituit, et esse uoluit Magrum Georgium fabrum, et magrum Ioannem fabrum eius nepotes equalibus portionibus; Et hanc quidem asseruit, et esse uoluit suum ultimum testamentum, et eius ultimam uoluntatem quod, et quam ualere iussit iure testamenti et si iure testamenti non ualere posset, uoluit ualere iure Codicillorum, et si iure codicillorum non posset ualere, uoluit ualere iure donationis causa mortis; Item uoluit, et ordinauit, quod si casus acciderit quod dicti sui heredes decederent sine heredibus ex eis legitime descendentibus, substituit suum heredem Iacobum filium Simonis filij de Merutio eius nepoti, et suos heredes, uel quocumque alio iure ultime uoluntatis, quo melius de iure ualere, et tenere posset;

Et Ego Ioannes Franciscus q. Circumspecti uiri ser Ioannis Notarij de Curuinis de Faganea publicus imperiali auctoritate Notarius Ex commissione mihi facta per Mag.cum et Clar.mum Dominum Ioannem Emo militem pro serenissimo et Excelso Ducali Dominio nostro Venetiarum Patrię Foriulij Generali locumtenente prout inueni in notis Prothocollis, et abbreuiaturis olim supra scripti ser Ioannis Patris mei, nil addendo, uel minuendo, quod sensum mutet, aut uariet intellectum omnia suprascripta per alium fidelem notarium publicare feci facta auscultatione cum originali olim patris mei, concordare inuenti de uerbo, ad uerbum; Ideo me subscripsi manu propria, signo, nomineque meo appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium singulorum premissorum requisitus, et rogatus;

[illegible] alio de Confinium [illegible] exemplo [illegible] in hoc [illegible] huic [illegible] manu propria scribente nunc [illegible] Thomas Mauran[illegible] Pub.o Not.o [illegible] Dom. Petrus Marx [illegible] in quibus [illegible] Ludouicus [illegible] Pub.o [illegible] die [illegible] mensis [illegible]

IN Christi Nomine Amen. Anno à Nativitate eiusdem
Domini nostri Iesu Xpi. Millesimo Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, Indictione
Undecima Die Veneris Vigesimo mensis Decembris; Actum Utini in conventu Sancti
Petri Martiris in studio infrascripti Rev.di Sacre Theologie professoris Domini Magistri
Thome eiusdem ordinis. presentibus ibidem magistro Mathia Cerdone olim Nicolai de Sancto
Petro de Gonita, et magistro Nicolussio eius filio, ac magistro Hieronimo Sarturano, olim
Dominici de Campoformio Utini habitantibus, et Gasparino olim Andree del Neri
habitantibus in Sancto Laurentio Manzani, testibus ad hec habitis vocatis, et rogatis.

Cumque sit ita sit quod Leonardus olim Francisci Zichini de Zuchunico ibidem ha=
bitans, cupiens indemnitati sue providere, quamvis ut ibidem asseruit multis et
diversis debitis oneratus pluribus, et diversis personis esset, Et presertim teneri sub=
scriptis personis in quantitatibus pecuniarum infrascriptis. Vz. Et primo teneri Nobi=
libus fratribus de Ottazzinis de Utino in bonis solid. tribus cum dimidia; Item Domino
Nicolao Sorugli de Utino in bonis denar. vigintiuna; Item quoque eidem D. Ni=
colao in starijs frumenti quattuor et pisonalibus quinque. Item cuidam Petro dicto
Armentario habitanti in Burgo Sancte Lucie Utini in bonis denar. duodecim, et solid.
octo; Item D. Valentino de Vilalta in bonis sold. vigintaquatuor. Item D. Ioannj
de Belgrado in Milles pisonalibus quatuor; Et D. Laurentio de Faganea in bonis
sold. decem octo et solid. octo Et successive Magistro Iacobo Sartori de Fagancia in bonis sold.
vigintaquatuor; Quibus creditoribus idem Leonardus debitor obligaverat pro pignore mo=
bili stabili quoddam suum territorium quantitatis duorum Camporum vel circa, partim arativum
et partim prativum cum tertia parte cuiusdam domus murate et contigue sitas in pertinentijs
Zuchunici, in loco dicto Sul de Jelut, iuxta Matheum Zichini eius fratrem, et iuxta stratam
publicam; Super quo territorio debetur annuatim de livello Ecclesie Sanctorum Cosme et
Damiani de Zuchunico frumenti pisonalia duo; Item Ecclesie Sancti Nicolai de ipso
loco frumenti pisonalia tria, cum pacto de francando; Item quoque solvendo Sacer=
doti celebranti in Zuchunico vini Buccas vigintj duas, et denarios tres et nil
aliud alicui persone. Et volentes prefati creditores ad integram suarum pecuniarum satisfactio=
nem pervenire, emanarj fecerunt proclamationem adversus ipsum Leonardum, et proferri ad
vendendum venditum ad incantum predictum territorium cum dicta tertia parte domus, Et quod ter=
ritorium cum dicta tertia parte domus venditum, et ad incantum deliberatum fuit in Utino super
Platea Communis ad petitionem suprascriptorum creditorum, et aliis actus observatis qui in similibus
fieri consueverunt, Et illud ad incantum emisset Sacerdos officians in Zuchunico certo
pretio ut in proclamatione incantu, et creditorum venditionis manu D. Francisci ... de Utino
dicitur contineri. Qui Leonardus debitor ex predicta adveniens, cupiens se considerans utilius
fore ipsum territorium cum dicta tertia parte domus infrascripto Rev.do Sacre Theologie profes=
sori Domino Magistro Thome Ordinis Sancti Petri Martiris de Utino ipso solvente et satisfaciente
creditoribus suprascriptis cum oneribus suis suprascriptis cedere debere, quam venditionem ad
incantum factam fieret. Et nisi de huiusmodi cessione nunc providisset nihil in poste=
rum facere potuisset, prout clare hec evidens erat; Preterea idem Leonardus q. Franci=
sci de Zuchunico non habens unde melius et utilius possit de dictis debitis prefactis cre=
ditoribus plenius satisfacere, nisi mediante cessione suprascripta; Iccirco pro predictis
debitis satisfaciendis per eundem R.dum Dominum Magistrum Thomam Sacre Theologie profes=
sorem Ordinis Sancti Petri Martiris de Utino, ut prefertur nomine prefati Leonardi. Idem
ipse Leonardus per se, suosque heredes dedit cessit, transtulit, atque mandavit, et dona=
vit,

uit præfato Rev. Dño Magro Thomæ pnti, stipulanti, et recipienti pro se, suisquè hæredibus, aut cui
ius suum dare uoluerit, præfatum territorium, ac omne ius, et actionem, omnia iura, et actiones, rea=
les, et psonales, utiles et directas, tacitas et expressas, mixtas, pretorias, atquè Ciuiles, quod et
quam, ac quæ, et quas dictus Leonardus habet, et habere uidetur in dicto territorio, et tertia
parte domus; Constituens præfatus Leonardus cessor, eundem Rev. D. Magrum Thomam cessiona=
rium, et donatarium, ut supra, stipulantem, tamquam pntem, et in rem suam propriam, et ponens ipsum
in locum suum, Ita quòd amodo, et deinceps idem cessionarius uti possit omnibus actionibus dicti cesso=
ris utilibus et directis, tacitis et expressis, mixtis atquè pretorijs, et ciuilibus, ac agere, experiri, con=
sequi, prosequi, et se tueri possit et ualeat, contra et aduersus quoscunquè ipsum territorium cum
tertia parte domus impedire uolentes; Necnon dictum Ius in dicto territorio ut supra datum, et
cessum ac donatum, et territorium præfatum cum tertia parte domus, et omnibus et singulis suis
iuribus et pertinentijs habere tenere, possidere dare donare uendere alienare, obligare et
quicquid dicto Rdo Dno Magro Thomæ, uel cui ius suum dederit deinceps de ipso territo=
rio et tertia parte domus ut supra cessis, siue iure in eisdem ut supra dato et cesso melius
et utilius placuerit perpetuò facere, sine contradictione, molestia, uel impedimento ipsius ces=
soris, suorumquè hæredum et cuiuslibet alterius personæ, cum omnibus, et singulis iuribus, ad ipsum
territorium, et tertiam parti domus spectantibus, et pertinentibus, Et generaliter omnia alia, et
singula in præmissis, et circa præmissa agere, et exercere, quemadmodum præfatus Leonardus
cessor ante huiusmodi cessionem, et sui iuris translationem facere, et exercere potuisset, Satis=
faciendo nihilominus Creditoribus suprascriptis de quantitatibus pecuniarum, et bladorum supra decla=
ratis, prout ibidem per pactum expressum promisit, ac soluere, et satisfacere stetit, et conuenit; Item
et quoquè soluendo [illegible] debita supra dicto territorio de quibus supra [illegible], et conueniens di=
ctus cessor nulli alteri hactenus dedisse, nec cessisse ius suum in dicto territorio, et tertia parte
domus, nisi de pnti præfato Rev. Dño Magro Thomæ, et quod uero erat uerus dominus, et
proprietarius tempore pntis cessionis, et donationis; Quamquidem cessionem, et donationem, ac
omnia, et singula in hoc instrumento contenta, præfatus Leonardus cessor, per se, suosquè hære=
des, et sub obligatione omnium, et singulorum suorum bonorum, mobilium, et immobilium, pntium, et futu=
rorum, refectionequè damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse solempniter se obligan=
do, præfato cessionario, et donatario stipulanti, et recipienti ut supra promisit perpetuo firmam
ratam et gratam habere tenere, attendere, complere, et in omnibus obseruare et adimplere; Et
non contrafacere, dicere, uel uenire, per se, uel alium, siue alios, aliqua ratione, uel causa, dolo,
malo, ingenio, siue fraude, de iure, uel de facto, Necnon dictum ius in dicto territorio,
et tertia parte domus ut supra cessum, ac territorium præfatum cum tertia parte domus, ab omni ho=
mine, Comuni, collegio, Ecclesia, uniuersitate, et persona qualibet impediente deffendere, disbri=
gare, uarentare, et in iure manutenere, Et hoc si, et, in quantum per ipsum, uel alium suo no=
mine et mandato foret obligatum uel alienatum, et non aliter, nec alio modo, et non contrafa=
cere ut supra, Sub pena dupli eius, de quo questio moueretur minus quinque sold. Veronens.
paruorum in singulis huius contractus Capitulis stipulata, et promissa; Qua pena soluta, uel
non presens nihilominus Instrumentum, et omnia in eo contenta ipse, perpetuam obtineant
roboris firmitatem;

Et Ego Simon filius quond. Prudentii Vini & Iohannis Notarij de Locaria
Publicus Imperiali auctoritate Notarius, prædictis omnibus, et singulis interfui,
eaquè rogatus scribere, fideliter scripsi, et publicaui; signo nomineque meis
appositis

appositis consuetis in fidem omnium premissorum;

Nunc [illegible] Thomas Marinelli [illegible] de aut.[illegible] exemplo hunc transcripsit, [illegible] periculo [illegible] Petrus Marij [illegible] in capite huius [illegible], sed [illegible] officiale executor [illegible]; [illegible] in manibus suis recepit die [illegible] anni [illegible] Ludovicus Bevilaqua [illegible]

CICONICO

In Christi Nomine Amen. Anno ab eiusdem Natiuitate.

Millesimo Quingentesimo, Trigesimo octauo, Indictione Undecima, die autem Veneris, Undecimo Ianuarij, [illegible] Utini, in Ven.do Conuentu Sancti Petri martiris, [illegible] Dominico Temporeo de Vico [illegible], Natale de Vico muratore, ac Paulo q. Ioannis de Zugliano Utini habitantibus [illegible]

Cum alias sub 1493. die 20. Decembris manu olim S. Simonis Notarij Leonardus q. francisci Cichinj de Zuclonico donasset seu cessisset Ven.do Sacrae Theologiae Professori olim Magro Thomae Ordinis Predicatorum Unam petiam terrae [illegible] duorum in circa, cum una tertia parte domus sita in pertinentijs Zuconij in loco dicto Colle del Paludo cum oneribus in dicto Instrumento comprehensis, ad quod quidem instrumentum relatio habeatur, Hinc est quod ad presens constituti coram me Notario, et testibus supradictis, Ven.dus Dns fr. Rocius Supprior dicti Conuentus, frater Iacobus Tursius, fr. Antonius de Utino, frater Ludovicus Vernniensis, frater Vincentius de Utino, frater Michael de Ravena fr. Gabriel de Utino Bacalaur. fr. Archangelus, fr. Dominicus de Utino Sindicus fr. Petrus Martir fr. Georgius de Utino fr. Iosephus de Utino fr. Petrus Iustinopolitanus, fr. Nicolaus de Utino fr. Bartholomeus de Ciuidato, et fr. Iacobus Iustinopolitanus congregati ad sonum campane, ac representantes totum conuentum, stipulantes pro se et successores dederunt cesserunt, ac tradiderunt bona antedicta alias prefato [illegible] Dno fratri Thome cessa per antedictum Leonardum, cum omnibus iuribus, conditionibus Clausulis, et obligationibus ac oneribus in Instrumento antedicto comprehensis, [illegible] Dno [illegible] Magro Leonardo de Utino Sacrae Theologiae professori, ac Conuentus antedicti Priori benemerito stipulanti pro se [illegible] Cum hoc tamen quod dicta bona post obitum dicti Domini [illegible] prefato Conuentui [illegible] et hoc pretio Ducatorum Quindecim ad [illegible] 6 [illegible] 4 pro ducato quos [illegible] in prontis pecunijs exbursauit integre, et effectualiter [illegible] Domino fratri Dominico Syndico dicti Conuentus, et non sub spe [illegible] Constituens se [illegible] Promittentesque premissa omnia habere rata et firma, ac manutenere [illegible] et defendere contra quoscumque et presertim de euictione, sub pena dupli refectionem expensarum, ac obligatione omnium suorum bonorum, presentium, et futurorum, Cum hac tamen conditione quod dicti quindecim Ducati debeant inuestiri in Congijs duobus Vini, et [illegible] dimidio frumenti, per dictum Conuentum in forma, ac

cum omnibus

cū omnibus Clausulis consuetis, necessarijs, et opportunis;

Ego [illegible] Scodrensis, publicus Imperiali auctoritate Notarius Utinensis Collegiatus premissis omnibus interfui, et ea rogatus scripsi, ac demum per coadiutorem fidū exemplata cum originali concordantia meo nomine, et sigillo publicavi.

[illegible] Thomae Martinoli [illegible] anno [illegible] exemplo [illegible] fuit deportatū in archivum, [illegible] quia [illegible] transcript. [illegible] Petrus Mariae Brenda [illegible] fuisse [illegible] authenticam Ludovicus [illegible] die [illegible] anni 1715.

FAGAGNA

Testamentum

IN Christi Nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdē Dni nostri Iesu xpi Millesimo, Quadringentesimo Septuagesimo Septimo. Inditione Decima, die uerò Dominico, Septimo Mensis Septembris; Actum Utini Aquilegien. Diocesis, In Conuentu Ordinis Sancti Francisci à Cinea de Utino fratrum de obseruantiā, In Refectorio dicti Conuentus, Presentibus Ven. et Religiosis viris, Dnēs fre Bernardino, q. . . . tignano, districtus Cre . . . . . ipsius Conuentus; fre francisco . . . . . Bartholomei de . . . . . centia; fre Matheo Unga . . . . . quond. Ciani de . . . . . quond. Bulmanj de Cathar . . de Budua, fre . . . . . quond. Galuanj fabri de Carnea residentibus et . . . . pro maiori parte cognoscentibus . . . . uocatis, et ab ore proprio infrascripti testatoris specialiter rogatis; Ibique [illegible] [illegible] Hector filius quond. [illegible] Petri de Brazzacho, et [illegible] hond. Ciuis Utinj sanus [illegible] gratia mente, sensu, et intellectu, ac corpore, Considerans quòd nihil est certius morte, et incertius hora mortis. et timens dubios mortis euentus ne sibi ab intestato mori contingat suarū rerū, et bonorū omniū dispositione per presens nuncupatiuū testamentum sine scriptis in hunc modū facere procurauit, et fecit. Inprimis quidem Altissimo Creatori nostro animā suā commendāns, Sepulturam sui corporis elegit, et esse uoluit in Ecclesia Sancti Petri martiris de Utino, in Sepulcro suo, et suorū predecessorū, quod est ante altare Sancti Petri martiris predicti; Et inter cetera que idem testator disposuit, et ordinauit ultimo testamento, tale fecit legatū hijs . . . Item legauit fratribus . . . conuentui dicte Ecclesie Sancti Petri martiris . . . . quatuor congia Vini, ad mensuram Utinj annuatim, et perpetuo persoluenda ipsi Conuentui, in, et super quoddam

Carnne

Terreno ipsius testatoris, et ex affictu unius terreni ipsius testatoris siti in Villa Faganea, et iux
[illegible] per . pro quo soluit de affictu frumenti staria [illegible], et vini congia
quatuor in anno; cum hoc quod fratres dicti conventus singulis annis facere et celebra=
re debeant eius Anniversarium cum missis vigintj et [illegible] iuxta consuetudinem, et ora=
re Deum pro anima ipsius testatoris, et suorum defunctorum; et de die dicti Anniversarii
celebrandi prius advisare et reddere certiores heredes ipsius testatoris; quod si non fa=
cerent, voluit, et ordinavit ipse testator, quod eius heredes et descendentes usque in infi=
nitum tunc possint dispensare ipsa quatuor congia vini alijs pauperibus Christi, et misera=
bilibus personis, [illegible] annis quibus fratres dicti Conventus essent negligentes . dictum
suum anniversarium ut supra dixit; Et voluit quod dicti sui heredes dando
dicto conventui alia quatuor congia vini in loco idoneo, et sufficienti possint libera=
re dictum terrenum de Faganea ab onere predicto; In omnibus autem alijs suis bonis
mobilibus, et immobilibus, iuribus et actionibus, debitis, et creditis quibuscunque, tam
presentibus, quam futuris suos universales heredes instituit, et esse voluit, Nobiles dominum
Bertolameum doctorem, et [illegible] Franciscum ipsius testatoris filios legitimos, et naturales.
Volens, iubens, et mandans; et cetera
Et hanc suam ultimam voluntatem et suum ultimum testamentum asseruit esse velle quam,
et quod valere voluit iure testamenti; Et si iure testamenti valere non posset, vel non
valebit; valere voluit iure Codicillorum; Et si iure Codicillorum valere non posset, vel non
valebit, valere voluit iure donationis causa mortis vel alio iure, quo melius valere,
et tenere posset, tam de iure, quam de consuetudine;

S. M.

Et ego Bartholameus filius quondam honorabilis viri [illegible] Ioannis
Thurnini de Latisana Civis, et habitator terre [illegible], Publicus Imperiali
auctoritate Notarius, suprascripto testamento dum fieret interfui,
una cum prenominatis testibus, Et rogatus ipsum fideliter scripsi,
suprascriptumque legatum in hanc publicam formam redegi
signo et nomine meis consuetis appositis, in fidem et testi=
monium omnium et singulorum premissorum.

Quicquid [illegible] in folio a litteris – Fagagna –
usque [illegible] contineatur concordare cum aut.co exemplo
[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible],
ita est, et [illegible] [illegible] transcripsi, et
[illegible] [illegible] Ludovicus [illegible]
[illegible] [illegible] Not., in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] posuit manu propria die 23 [illegible] 1715
in [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] Martinis

L B

Emptio.

GELMICHO.

Die Sabbati, Secundo Mensis Martij; Millesimo, Quin=
tentesimo, Decimo, Indictione Tertiadecima; Actum Utini in foro Veteri, in scriptoria domus habitatio=
nis mei Andreę Lauta Notarij, Presentibus Magro Vincentio [illegible] filio Magri Ioanis [illegible]
Utini habitant. et magro Natale q. Philippi Petri Candussij de Villa de Tricho [illegible]
tore famulo magri Antonij de Faganea signari, in foro veteri Utini, et Baptista filio
Michaelis de Tato, et Petro q. Mathei de Villa Sacilleti testibus ad hoc habitis, vocatis, et rogatis: —

Ibique Antonius, et Dominicus fratres filij q. Leonardi de Villa Sacilleti, pretio, et
foro Ducatorum [illegible] boni auri, et iusti ponderis usualis monetę Patrię Fori Iulij,
quod totum pretium fuerunt contenti; et confessi se habuisse et integre recepisse in
Auro et monetis Argenteis Venetis, a Domino Magro Petro Antonio Ordinis Predi=
cator. Utini habitante, in Conventu Sancti Petri Martiris de Utino, dederunt, et ven=
diderunt, atque tradiderunt Unam Braydam duorum Camporum quinque Plantis
Vitium, et Arborum, fossalatam circumcirca, sitam in pertinentijs villę de [illegible]
sylva, in loco vocato la stra alta, iuxta Braydam Abbatię Rosacens. a solis
occasu, Iuxta Braydam q. Petri de [illegible] a solis ortu et iuxta stratam publicam
vocatam la strada alta in uno capite, et iuxta suos confines —

S. N.

Et Ego Leonardus Franciscinus de Spilimbergo publicus imperiali auctte
Notarius, Suprascriptum Instrumentum ex notis, et abbreviaturis olim q.
Andreę Lauta Notarij Utinens. mihi Commissis simul cum scripturis q. D.
Nicolai Taruisani Notarij de Spilimbergo per Spectabiles Dnos Rectores
et consortes eiusdem Loci Spilimbergi extraxi, et publicavi, Nil penitus
addendo, vel minuendo, quod sensum mutet, aut variet intellectum, In
quorum fidem Signum nomenque meum Consuetum apposui; —

Exemplum [illegible] est [illegible] penes [illegible]
Conventum; [illegible] Ludovicus [illegible], quia [illegible]
fideliter [illegible], [illegible], in [illegible] nomen,
signumque [illegible] manu propria subposuit die [illegible] 1715.

Dnus Iesus xpus: —

HIPPLIS.

In Christi Nomine Amen:. Anno Natiuitatis eiusdem Domini
Nostri Iesu Christi, Millesimo Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, Indictione quartadecima,
die vero [illegible] Mensis Augusti; Actum in Villa de Hypplis, [illegible] In [illegible] infrascriptis
[illegible], [illegible] ibidem [illegible], Dominis Fratribus Ioanne de Civitate Austria
Priore Conventus Sancti Dominici, fratre Hermacora de Utino et [illegible] de Hyplis
testibus ad hęc habitis vocatis, et rogatis; — Ibique [illegible] frater Leonardi de [illegible] de
Hypplis.

Yppis omnibus meliori modo, uia, iure, et forma quibus melius sciuit, et efficatius potuit, tam de iure, quam de consuetudine dedit, tradidit, et concessit, ac assignauit Leonardo supra= scripto eius fratri ibidem p̄nti, et acceptanti plenam, meram, liberam specialem, et generalem ac omnimodam potestatem auctoritatem, licentiam, commissionem et bailiam, ac plenum, liberum, merum, et speciale, ac generale mandatum, tam sui, quam dicti Leonardi nomine se concordandi, et concordium faciendi, ac uendendi, alienandi, obligandi, et in solu= tum dandi de bonis eorum, et specialiter uendendi unum eorum Ronchum, et ipsum obligandi R.do Patri Dno Magro Benedicto de Utino Sacrae Theologiae professori Ordinis Præ= dicatorum, ibidem p̄nti pro se et heredibus suis, stipulanti et cet. Promittens quoque prefatus Georgius per se, et cet. cum obligatione omnium, et singulorum suorum bonorum et cet. refectione quoque damnorum et cet. omnem uenditionem, alienationem, obligationem, et concordium per dictum Leonardum fiendum tam dicti Leonardi nomine, quam suo cum prefato D. Magro Benedicto se perpetuo firmam ratam, et gratam, ac firmum, ratum et gratum habere, tenere, attendere, obseruare, et adimplere, Et nunquam quoque contradicere, facere, uel uenire, per se, et heredes suos, uel alios ratione aliqua, et cet. Sub pena dupli et cet. Qua pena soluta, uel non, et cet.

Dictis Millesimo, Indictione, Die, Loco, et p̄ntibus testibus subtrascriptis: Ibique Supra scrip= tus Leonardus de Greto, de Yppis, suo proprio nomine, ac uice loco et nomine dicti Georgii eius fratris, et eorum heredes pretio, et foro ducatorum boni Auri, et iusti ponderis Quadraginta, quod totum pretium, contentus, confessus, et manifestus fuit se habuis= se, et integre recepisse, ac sibi datum, solutum, traditum, et numeratum fuisse, à R.do Patre et Sacrae Theologiae professore Dno Magro Benedicto de Utino, Ordinis Predicatorum, emptore infrascripto: Renuntians exceptioni non sic factae confessionis, dictique pretii non habiti, non recepti, sibi non dati, non soluti, non traditi et non numerati tempore huius contractus, et omni alii legum, et iuris auxilio, tam Canonico, quam Ciuili, quibus se contra ea hoc instrumento contenta modo aliquo, siue causa deffendere, uel tueri pos= set, pro se, ac uice, et nomine dicti Georgii fratris sui, et heredes suos dedit uendidit, et tradidit prefato Dno Magro Benedicto ibidem p̄nti ementi, stipulanti, et reci= pienti pro se, et heredibus suis aut cui ius suum dare uoluerit unum dicti Leonardi, et Georgii fratris sui Ronchum situm in uilla de Yppis, et eius pertinentiis in loco [illegible], iuxta Ronchum heredum quondam Nobilis D. Nicolai de [illegible] à parte superiori uersus [illegible] iuxta Ronchum fratrum dicti uenditoris, iuxta Ronchum [illegible] [illegible] recte per Nicolaum [illegible] de Yppis, et iuxta Ortum Spectabilis legum Doctoris Domini Bernardini Bertolla de Utino, et iuxta alios ipsius Ronchi meliores et ueriores confines, super quo Roncho idem Leonardus uenditor dixit et declarauit alias uendidisse unum starium frumenti de affictu R.do Capitulo Utinensi cum pacto tamen et promissione franchandi ipsum affictum unius starii frumenti, quem Ronchum ex nunc ipse Leonardus uenditor exonerat ab ipso onere, et solutione dicti affictus predicti st. frumenti, et ipsum st. fru.ti ponit et reduxit super omnibus aliis suis bonis, quae [illegible] sua Idem Leonardus uenditor obligauit, et obligata esse uoluit ad soluendum dictum affictum unius starii frumenti dicto R.do Capitulo; Quem affictum unius starii frumenti Dictus Leonardus promisit sol= uere annuatim ipsi Reuerendo Capitulo: donec ipsum affictum unius starii frumenti franca= uerit, aliter dictus Leonardus dixit et declarauit ipsum Ronchum esse iure liberi pro= prii: hoc tamen pacto addito, et inter ipsas partes firmato, Videlicet Quod dictus Leonardus teneatur, et obligatus sit, prout ibidem promisit dare, et soluere eidem Dno Magro Benedicto, uel eius nuntiis in uindemiis proxime uenturis de ipsius Ronchi uino

anpha [illegible]

Corpia Sua, et residuum Viri ipsius Ronchi sit ipsius Leonardi; Ad habendum, tenendum, possidendum dandum, donandum, vendendum, alienandum, obligandum in solutum dandum, pro anima, et corpore iudicandum. Et quicquid dicto Dno Emptori, et suis heredibus, aut cui ius suum dare voluerit deinceps perpetuo placuerit faciendum. Cum omnibus, et singulis, que dictus Ronchus venditus habet supra se, intra, seu infra se, in integrum cum liberis accessibus, et egressibus suis usque in vias publicas, omnique iure, actione, usu, seu requisitione, servitute, dominio, honore, onere, commodo, et utilitate ipsi venditori ex dicto Ronco, pro ipso Ronco, sive ad ipsum Ronchum modo quocunque spectantibus, et pertinentibus de iure, vel de facto; Constituens se dictus Venditor precario nomine ipsius Dni Emptoris ipsum Ronchum possidere, donec ipse Dnus Emptor eiusdem Ronchi tenutam intraverit, et possessionem acceperit corporalem; Quam accipiendi, et in se auctoritate propria retinendi deinceps eidem Dno Emptori licentiam omnimodam contulit, atque dedit; Dans ex nunc, et assignans in nuntium, et pro nuntio tenute, et corporalis possessionis Nicolaum Zintilini testem suprascriptum; qui ipsum D. Emptorem in tenutam, et corporalem possessionem dicti Ronchi ponat pariter, et inducat; Promittens quoque dictus Leonardus Venditor per se et heredes suos, ac vice, loco, et nomine dicti Georgii sui fratris cum obligatione omnium, et singulorum suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium, et futurorum, Reffectione damnorum, omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse prefato Dno Emptori, suisque heredibus, aut cui ius suum dare voluerit stipulanti, et recipienti de dicto Roncho vendito nunquam litem questionem aliquam inferre, facere, vel movere, nec inferrenti, moventi, seu facienti consentire; Sed potius ipsum Ronchum venditum ab omni homine, Communi, Collegio, Universitate, Ecclesia, et persona qualibet in iure legitime deffendere, manutenere, auctorizare, warentare, et in solidum disbrigare; Et predicta omnia et singula perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere, observare, attendere et adimplere, Et nunquam contradicere, facere, vel venire per se, vel alios ratione aliqua, dolo, malo ingenio sive causa de iure, vel de facto, sub pena dupli eius de quo lis, vel questio moveretur, minus Sol. quinque Veronensium parvulorum in singulis Capitulis huius contractus stipulata, et promissa; Qua pena soluta, vel non presens tamen Instrumentum, et omnia singula in eo contenta plenum semper obtineant robur, atque perpetuam firmitatem; Cum omni meliori et Consilio Sapientis;

Dictis Millesimo, Indictione, et Die; Actum in Roncho suprascripto presentibus testibus suprascriptis, Ibique Nicolaus Zintilini suprascriptus tamquam nuntius datus, et assignatus per suprascriptum Leonardum venditorem, ad ponendum, et inducendum supranominatum D. Magrum Benedictum Emptorem in tenutam, et corporalem possessionem dicti Ronchi venditi, apprehendens de terra, herba, et frondibus, lignis, et Arborum dicti Ronchi, et tradens in manibus predicti Dni Magri Benedicti Emptoris semel, bis, et tertio in signum vere tenute, et corporalis Possessionis dicti Ronchi, eundemque dominum Magrum Benedictum Emptorem suprascripti Ronchi per hunc modum, in tenutam, et corporalem possessionem posuit pariter, et induxit; Qui Dnus Magr Benedictus Emptor sic inductus ibique protestatus fuit se huiusmodi possessionem animo, et corpore adeptum fore Cum omni meliori, etc.

Antedictis Millesimo et indictione, ac Die; Actum in Baiartio suprascripto presentibus testibus suprascriptis. Ibique Rdus Pater, et Sacra Theologie Professor Dnus Magr Benedictus de Ottino Ordinis Predicatorum per se et successores promisit, et se obligavit dicto Leonardo Venditori ipsum Ronchum retrocendere eodem pretio in termino unius anni, Videlicet, a proxime futuro festo Sancti Martini, nunc proxime venturi ad unum Annum, in quo quidem termino unius anni,

dictus D. Magr

dictus Rev.dus D. Magr Benedictus fuit contentus, quod dictus Leonardus possit, et valeat ipsum Ronchum redimere pretio antedicto, cum suis tamen propriis pecuniis, et quod non possit ipsum Ronchum alicui alteri persone uendere, obligare, uel modo aliquo alienare causa ipsum redimendi, nisi prefato Dno Magro Benedicto eodem pretio quo ab alijs habere poterit et minus uno ducato: Quo termino uero unius anni elapso conuenitur, et Contentatus fuit per ipsas partes, videlicet quod dictus Leonardus non possit, neque ualeat ipsum Ronchum redimidere: Et dictus R.dus Dnus Magr Benedictus non teneatur amplius ipsum Ronchum retrouendere dicto Leonardo, nec heredibus suis etc. Cum hac tamen conditione et pacto inter ipsas partes habita, et firmata; quod dictus Leonardus teneatur, et obligatus sit prout promisit dare, et soluere dicto Dno Magro Benedicto si in dicto termino unius anni redimeret ipsum Ronchum de ipsius Ronchi Vino medietatem, uel pro rata temporis, cum expensis etc.

Suprascriptis Millesimo, Indictione, Die, Loco et Presentibus testibus Suprascriptis. Ibique Rev.dus Pater, et sacra Theologia professor Dnus Magr Benedictus de Utino Ordinis Predicatorum, per se etc dedit, concessit, et iure simplicis affictus affictauit, et locauit Leonardo de Cereto de Hypplis prefato stipulanti, et recipienti, pro se et etc. Ronchum supra scriptum ad rectam medietatem Vini, et omnium fructuum nascitur in dicto Roncho, et hoc tamen ad beneplacitum predicti Dni Magri Benedicti, Cum his quidem pactis, modis, lecisus, et conditionibus inter ipsas firmatis, videlicet quod dictus Leonardus teneatur, et obligatus sit ipsum Ronchum bene laborare, colere et culticare, et ipsum bene Cultum, Laboratum, melioratum, ac bene, et in ordine semper tenere suis sumptibus, et expensis; Item quod dictus Leonardus conductor per se et etc. non possit, aut ualeat uindemiare Uuas nasciturus super ipso Roncho, nec ipsas folare, nec folare facere, sine nuntijs, et missis prefati Rev.di Dni Magistri Benedicti, locatoris, et etc. Quamquidem locationem, pacta, et conditiones, ac omnia, et singula in hoc Instrumento contenta prefate partes sibi uicissim hinc inde solempni stipulatione interueniente promiserunt perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere, et etc. et non contra facere etc. Sub pena dupli etc. Qua pena soluta et etc.

Prescriptis Millesimo, et Indictione, Die uero Undecima Mensis Augusti, Actum in Ciuitate Austria, videlicet in Domo Egregij Viri ser Belfore de Minutinis etc. Presentibus Magro Iunio Pellipario, Ioanne Dni Orsule, et Petro filio Magri Iacobi del ioa Gordonis omnibus Ciuibus, et habitatoribus ipsius Ciuitatis Austria testibus et etc. Ibique Leonardus de Cereto de Hypplis per se et heredes suos fuit contentus, et confessus se habuisse, et integre recepisse a Rev.do Pre, et sacre Theologia professore Dno Magro Benedicto de Utino Ordinis Predicatorum Ducatos auri quadraginta occasione uenditionis per ipsum Leonardum facta de Roncho suprascripto, prefato Dno Magro Benedicto, de quibus uero ducatis quadraginta prefatus Leonardus per se et etc. fecit eidem Dno Magro Benedicto ~~stipulanti pro se et etc. per se, et etc. suprascriptum~~ finem remissionem etc. quietationem, absolutionem et pactum de ulterius non petendo etc. Que omnia, et singula etc. se perpetuo firma, rata, et grata habere, et etc. et non contra facere et etc. Sub pena dupli; et etc. Qua pena soluta uel non; et etc.

Et Ego Christophorus quondam Egregij Viri ser Iusti de Adamis de Sergiulo

5. N. Ciuis, et habitator Ciuitatis Austriæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, Suprascriptis omnibus, et singulis interfui, et ea rogatus scribere, fideliter scripsi, et publicauj, signo, et nomine meis consuetis appositis in fidem, et testimonium omnium, et singulorum; premissorum etc.

De authenticis exemplis in membrana signatis ab olim cancellariis hic reportauit reg. Ludouicus Bernardus [illegible], ex in augustall. obtemperare, et propter ardere uestra iussis, prout parte in contrapti fronti cartae; ideo, quia tali pacto concordat, nomen signumque sua assueta posuit in urbe die 23 - Iunii 1715 se exprimendo, quod ipsa exempla iacent eodem modo in scripturis.

L B

LISTIZZA

In Christi Nomine Amen :- Anno ab eius Natiuitate Millesimo, Quingentesimo, trigesimo quinto, Indictione Octaua, Die Sabbati; 21 Augusti. Actum Utini in Sacrario Ecclesiæ Sancti Petri Martiris de Utino, præsentibus ibidem Jacobo q. Nicolai Veronensi Utini habitante in contrata Sancti Petri Martiris, et Ioanne q. Leonardi Blancolini Pistore Utini in contrata Sancti Christophori testibus habitis; et- Ibique Nobilis D. Petrus de Ottacinis Ciuis Utini per se, et suos heredes pretio et foro Ducatorum Viginti in ratione L. 6 s. 4 pro ducato, quod totum pretium ibidem habuit, et effectualiter recepit, ab infrascriptis Reuerendis Patribus exbursantibus nomine dicti Conuentus, in tot mocenicis, et marcellis, renuncians exceptioni etc. iure proprij, liberi, et in perpetuum dedit uendidit, et tradidit infrascriptis RR. PP. V. Reu. Dno. Magistro Ioanne Sauorgnano Priori Sacræ Theologiæ professori, Magistro Iacobo Curtio, etiam Sacræ Theologiæ professori, Fratri Antonio de Seto, Daniele Suppriori, Domino Syndico, et Petro Martiri, omnibus Fratribus dicti Reu. Conuentus Sancti Petri Martiris de Utino, et pro se et successoribus suis, et dicto Reuerendo Conuentu ementibus, et recipientibus, unam petiam terræ quantitatis Camporum trium, uel circa, plantatam quinque plantis uitium et arborum, sitam in pertinentiis Listizze, in loco dicto uia de Fumignan, à Solis ortu iuxta comuneam, à meridie Dominum Campum Aloysij Fortunatij, ab occasu unam petiam comuneæ, et à montibus Reu. Campum Iacobi Bertholdi de Listizza, Saluis etc. cum omnibus iuribus etc. Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, permutandum, pro anima, et corpore iudicandum, constituens se nomine dictorum Reu.dorum Patrum nomine dicti Conuentus facientium, dictam petiam terræ possidere donec illius possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi, et suæ propria auctoritate retinendi, eidem licentiam omnimodam contulit, atque dedit, promisitque per se, et suos heredes et sub obligatione omnium, et singulorum suorum bonorum præsentium et futurorum, refectionem damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse, se solemniter obligando eisdem dictis Dnis. Fratribus stipulantibus, uice, et nomine dicti Reu.di Conuentus dictam petiam terræ,

terre, ut supra venditam, cum omnibus iuribus, et pertinentijs suis, in iure legitime deffendere, auctorizare, disbrigare et in solidum manutenere, contra quoscunque, et de cetero nunquam litem facere, vel movere, nec movere volenti consentire, sed presentem venditionem, et omnia, et singula in presenti Instrumento contenta perpetuo habere rata, et grata, et non contravenire per se, vel alios aliqua ratione, vel causa, de iure vel de facto, sub pena dupli. &c. –
Et ibidem ad preces dicti venditoris personaliter constitutus Iacobus filius Petri Bertholdi de Listissa uti maior, et gubernator domus per se et cetera. Constituit se ad obligationem omnium suorum bonorum presentium, et futurorum manutentorem, et principalem disbrigatorem dicte petie terre contra quoscunque eisdem Dominis fratribus pro dicto onere stipulantibus, necnon principalem solutorem affictus pro dicta petia terre solvendi quem dictus Dominus Petrus venditor per se &c. – promisit relevare, et indemnem conservare ab omni damno quod pati posset causa predicta, obligando eidem Iacobo stipulanti pro se &c. generaliter omnia sua bona presentia et futura, et specialiter ortivum, et domos sue habitationis sitos in villa Listizze iuxta suos confines; &c. –

S. N.

Suprascriptum Instrumentum Emptionis cum fideiussione subiuncta ex notis spectabilis Domini Benevenuti Nores Notarij, et Civis Utinensis mihi commissis Ego Ioannes Baptista Iammius Excellentis Domini Iacobi filius Notarius publicus Utinensis requisitus transcripsi, et publicavi, nomine, et signo meo in fidem adiunctis;

Alio calamo scribente hoc vetalis exemplum premissum ex alio confirmi petito in actis Forme [illegible] ex Generali Cividale de se [illegible] super angiolo in [illegible]
Notarius [illegible] signo in robur addito [illegible] salvis anno 1515 die vero 23 Xbris

L B

MARTIGNA.

IN Christi Nomine Amen. Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Trigesimo Septimo Indictione Quintadecima, Die quartodecimo Mensis Septembris, Actum Utini in domo mei Iacobi Notarij presentibus Francisco quondam [illegible] de [illegible] Daniele, Georgio quondam Leonardi de Listissa, et Simone Bertrando quondam [illegible] de [illegible] legano, testibus, et cetera – Ibique Antonius quondam Leonardi de Martignaco pretio et foro [illegible] Marcharum Soldorum, quod totum pretium ipse fuit contentus, et cetera se habuisse, et cetera a [illegible] notario quondam Simonis Valet de Ceresetto, Utini habitantis; Renuncians, et cetera per se, et cetera dedit vendidit, et tradidit eidem Mathiussio, presenti, per se, et cetera stipulanti et cetera quoddam Livellum perpetuale medij starij frumenti ad mensuram Merchati Communis Utini annuatim et annuatim solvendi

tuo soluend. in festo Natiuitatis Dni, uel octo diebus post, eidem Emptori ut supra stipulanti p dictum venditorem et quoscunque possidentes infrascr. petiam terre. V3. Super uno suo campo prativato sito in pertinentiis Ville de Martignaco, in loco dicto quarti iuxta campu Blasij de Martignaco, iuxta uiam de Mauricio, et iuxta suos ueriores confines, ad habendum, tenendum possidendum et c. Cum omni iure pignorandi dictum venditorem et quoscunque possidentes dictum campum, ipsumque campum spanzandi, et dispenzandi, liuelleque simplicia, et duplicia petendi, et exigendi, et se de possessione plenismode intromittendi, si eidem Emptori ut supra ementi, de dicto liuello suis debitis loco, et tempore non fuerit integraliter persolutum. secundum consuetudinem liuellor. in Patria Fori Iulij, et specialiter in Terra Utini hactenus observata; Constituens dictus venditor se possidere uel quasi dictum liuellum nomine ipsius Emptoris ut supra ementi, donec de eodem tenutam intrauerit, et quasi possessione acceperit; Quam accipiendi, et c. dictus venditor ut sup. vendens eidem Emptori ut sup. stipulanti licentia omnimoda dedit; Promittens q. dictus venditor per se, et suos heredes, cum obligatione omnium suor. bonor. mobilium, et immobilium, presentium et futuror. cum refectione damnor. omnium, et expensar. et c. se solemniter eidem emptori ut supra stipulanti obligando de dicto liuello, seu ipsius parte, litem aliquam non facere, sed dictum liuellum sic venditum eidem emptori ut supra stipulanti ab omni homine collegio, et c. et persona quauis impediente in iure legitime defendere, et c. et in solidum manutenere et c. et predictam venditionem et c. ac omnia, et c. in presenti instrumento contenta, perpetuo firma et c. habere, et c. et nunquam contrafacere, et c. sub pena dupli dicti ualoris, et c. et c. Qua soluta et c. presens instrumentum, et c. semper plenum obtineant robur, cuiusquidem Antonij venditoris precibus, et rogatu de dicto liuello eidem emptori ut sup. stipulanti; Nicolaus quon. Blasij de Martignaco, et si dictus campus non foret aliquo tempore sufficiens ad solutionem dicti Liuelli, Idem Nicolaus Blasij obligauit eidem emptori ut supra stipulanti omnia sua bona mobilia, et immobilia, presentia, et futura, cum refectione damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse, in, et super tenutam cuius datus fuit per dictum venditorem ut supra uendentem eidem emptori ut supra stipulanti Franciscus quondam Tumuij testis supradictus qui eundem Emptorem ut supra stipulantem in tenutam de dicto liuello poneret, et quasi possessionem induceret cum omni iuris solemnitate;

S·N· Et Ego Odoricus olim discreti viri Ser Iacobi [illegible] quondam Quirini Notarij de Utino publicus Imperiali auctoritate Notarius, Ex commissione mihi facta per Mag.cum et Generosum virum Dnum Mathiam Utini locumtenentem Patrie Fori Iulij de notis Genitoris mei prout in dictis protocollis, siue notis inueni, nil addens uel minuens quod sensum mutet uel intellectum uariet in hanc publicam formam publicaui, signumque meum imposui in fidem omnium premissorum,

Exemplum [illegible] [illegible] ab [illegible] in [illegible] Rasato [illegible] [illegible] [illegible] Calaguris [illegible] [illegible]

L B Ludouicus Beniluogui Pub.s V. A. Not.s, et Coadiutor [illegible] in fidem cum signo die 23. 7bris 1715

.26.

Testamentum.

MARTIGNA

IN. Christi Nomine Amen:· Anno Natiuitatis eiusdem
Domini nostri Iesu Christi Millesimo, Quadringentesimo, Tertiodecimo, Indictione sexta,
Die decima Mensis Decembris. Actum Utini in Burgo [illegible] nominato Burgo
Porte Sancte Marie in domo solite habitationis infrascripti Leonardi Pidrussini
testatoris, presentibus ibidem ser Iacobo filio ser Cipriani [illegible] de Utino, Magistro
Humutio cerdone, quondam Dominici Maconissi de Martignaco Utini habitante, Magistro
Laurentio [illegible] quondam [illegible] de [illegible] de Martignaco Utini habitante, Magistro [illegible]
textore quondam Laurentii de Fagagna Utini habitante, Magistro Iohanne textore quondam
Iacobi de Tricesimo Utini habitante, Francisco quondam Zanutti [illegible] de Utino, Nicolao
quondam Iohannis Rossi de Utino et Simone cerdone quondam Zanini de [illegible]
Utini testibus ad infrascripta adhibitis vocatis, et ore proprio infrascripti testatoris
specialiter rogatis; Providus ser Leonardus quondam Pidrussini de Villalta
Utini habitans, sanus per Dei gratiam mente, sensu, et intellectu ac [illegible] corporea sospi=
tate timens tamen dubios mortis eventus et ne ipsum ab intestato mori contingat
suarum rerum, et bonorum omnium dispositionem, et ordinationem per [illegible] nuncupativum testa=
mentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Primis namque animam suam Deo
nostro altissimo, eiusque gloriose Genitrici Sancte Marie humiliter, et devote commendans,
sui corporis sepulturam sibi elegit, et esse voluit in Claustro Ecclesie Sancti Petri
Martiris de Utino, in sepulcrum suorum predecessorum, et sua, ubi iussit, et mandavit
corpus suum fore honorifice sepeliendum; cui Ordini, et Conventui dicte Ecclesie Sancti
Petri Martiris de Utino, predictus ser Leonardus Pidrussini, legavit perpetualiter
et dimisit pro anima sua post mortem infrascripte Domine Nicolussie sue Uxoris,
[illegible] unum domum sive Mansum situm in Martignaco cum suis pertinentiis, rectum, et laboratum per Angelum [illegible]
Antonium Laurenzutti, pro quo solvit annuatim de affictu frumenti staria duo, Milii
staria duo, Vini congia duo, Gallinas duas cum Ovis, et spatulam unam. Cum hoc quod Fra=
tres dicti Ordinis, et Conventus dicte Ecclesie Sancti Petri Martiris de Utino, teneantur
et debeant annuatim in die obitus dicti ser Leonardi Pidrussini, testatoris prefati,
facere Anniversarium ipsius testatoris cum Missis, et Vigiliis, et Deo preces fundere pro
anima dicti testatoris, et suorum predecessorum. Quod legatum [illegible] de dicto domo, sive Manso
dicto Ordini, et Conventui dicte Ecclesie Sancti Petri Martiris de Utino predicto, post
mortem dicte Domine Nicolussie sue Uxoris prefate, dictus ser Leonardus Pidrussini
testator prefatus pervenire voluit ad ipsum Ordinem et Conventum dicte Ecclesie Sancti
Petri martiris, et ipsius Ordinis, et Conventus esse in proprietate, et possessione, adeo, et
taliter quod dictus Ordo et Conventus dicte Ecclesie Sancti Petri martiris de Utino pre=
dicto [illegible] sua auctoritate de dicto domo sive Manso supra legato, possit, et valeat se
impedire, et intromittere, ipsiusque tenutam, et possessionem accipere; Non obstante aliqua
dispositione iuris communis, vel alicuius statuti Municipalis sive alicuius consuetudinis
in contrarium observande in contrarium disponente vel [illegible]. Quibus omnibus, et singu=
lis dictus ser Leonardus Pidrussini testator prefatus per presentem suam dispositionem
voluit derogari, et presentem suam voluntatem executioni fore demandandam, quia sic vo=
luit et ordinavit dictus ser Leonardus Pidrussini testator prefatus. In omnibus
autem aliis suis bonis mobilibus, et immobilibus, iuribus, et actionibus, debitis, et exac=
tis quibuscumque tam presentibus quam futuris dictus ser Leonardus Pidrussini testa=
tor prefatus universalem heredem sibi instituit, et esse voluit honestam Dominam
Nicolussiam suam uxorem; Et hanc suam ultimam voluntatem, et suum ultimum testa=

mentum

mentum asseruit esse uelle, quam, et quod ualere uoluit iure testamenti, et sue ultime uoluntatis, Et si iure testamenti ualere non posset uoluit ualere iure codicillorum, Et si iure codicillorum ualere non posset, uoluit ualere iure donationis causa mortis, Et quocumque alio iure, modo, et forma quibus melius, et efficatius ualere, et tenere potest, tam de iure, quam de consuetudine.

S.N. Et Ego [illegible] olim [illegible] de Utino Publicus imperiali auctoritate Notarius integro instrumento condito et facto per subscriptum testatorem [illegible] gatoque facto de dicto Bono, sive [illegible] dicto [illegible], et Conuentui dicte Ecclesie Sancti Petri Martiris institutionis heredis [illegible] omnibusque alijs et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus presens interfui, [illegible] legatum [illegible] sic fieri; [illegible] testatorem uidi et audiui Scripsi, et publicaui, et in hanc publicam formam redegi, signumque meum apposui consuetum in fidem et testimonium omnium et singulorum omnium premissorum rogatus et requisitus.

Concordat cum actis [illegible] in [illegible] [illegible] ex [illegible] rest. [illegible] antedicti [illegible] [illegible] [illegible] nomen proprium una cum [illegible] signo impressi [illegible] in fidem die [illegible] 1715

L B

.MAIANO.

IN Christi Nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem. Millesimo, Quadringentesimo, Trigesimo Secundo, Inditione Decima, Die Quarta mensis Nouembris; Actum in Villa Maiani, in strata publica ante domum habitationis Petri quondam [illegible] de Maiano, presentibus ibidem ipso Petro, Georgio, siue Ionò quondam [illegible] de Maiano, et Antonio q. Nicolaj de Mocio Utini habitantis testibus ad hec, habitis, et alijs pluribus uocatis, et rogatis; Cum Nobilis [illegible] Antonius quondam nobilis uiri [illegible] Francisci de Pers, teneretur, et obligatus esset honeste, ac uirtuose Domine Alegrezze uxoris Sapientis, ac Egregij legum Doctoris Domini Ioannis Moysi de Utino ac [illegible] et [illegible] [illegible] olim nobilis Domine Sofie ipsius [illegible] Odorici sororis, et uxoris [illegible] q. [illegible] Antonij, olim [illegible] Philippi de Fagagna in certa pecunie quantitate ex causa dotis ac [illegible] predicte quondam Domine Sophie, prout ibidem per ipsum [illegible] Odoricum in presentia antedicti Domini Ioannis Moysi mei notarij, et testium predictorum, dictum, contestatum, et declaratum fuit, et prout assertum fuit de predictis continere publico Instrumento

[illegible]

Scripto, et notato manu ser Federici Notarij olim ser . . . . . . de Coloreto. Coram uo dictis testibus, et me sub=
scripto Notario, prefatus ser Odonicus insolutum, et satisfactione cuius dicte pecunie quantitatis
ipsam Dnam Alegrezam dicto nomine hereditario tangentem, Marchas Solidor. Quadraginta
quinque per se, suosque heredes iure liberi proprij, dedit, et tradidit supradicto Dno Joanni marito,
et ut procuratori prefate Dne Alegreze, ac ipse, e nomine ipsius suorumque heredum aut cui ius
suum dederit, recipienti, unum eius bonum, situm in uilla Maiani, a eius pertinentiis prope
Ecclesiam ipsius Ville, rectum, et laboratum Loco, et foco per Venutum, et Dominicum de Pia
chesse, pro quo soluunt annuatim de affictu Simplici in festo Natiuitatis Dni nostri
Jesu Xpi libras denariorum Duodecim, Spatulam unam, et Gallinas duas cum ouis, Cum Domi=
bus, Sedimine ipsius boni, areis, curijs, Ortis, Campis, pratis, Siluis, terris cultis, et incul=
tis, alijsque omnibus suis iuribus et pertinentijs. atque cum omnibus et singulis que ipsum bo=
num supra insolutum datum habet super se, supra, infra, intra e in interiorum, acces=
sibus, et egressibus suis usque in uias publicas, atque cum omni iure, et actione, usu, seu
requisitione, dominio, honore, et onere, comodo, et utilitate, dicto ser Odonico pro dicto
bono insolutum dato, seu ad ipsum per eodem, modo aliquo spectantibus, et pertinentibus
tam de iure quam de facto. Ad habendum, tenendum possidendum dandum, uenandum,
alienandum, permutandum, insolutum dandum, pro anima iudicandum, et quicquid dicte
Dne Alegreze Suisque heredibus, uel cui ius suum dederit de dicto bono deinceps placuerit
perpetuo faciendum absque aliqua contradictione dicti ser odonij, suorumque heredum, et
cuiuslibet alterius persone; Quod quidem bonum supra in solutum datum nominatus ser odonicus
se nomine ipsius Dne Alegreze, et dicti Dni Joannis eius mariti, et procuratoris, nomine
procuratorio constituit possidere, donec ipsa Dna Alegreza seu dictus Dnus Joannes eius
maritus, et procurator tenutam intrauerit et possessionem acceperit corporalem; Quam
accipiendi in se, et propria auctoritate retinendi, eidem Dne Alegreze, et dicto Domino
Joanni, eius marito et procuratori licentiam omnimodam contulit, atque dedit. Promittens
ipse ser Odonicus per se, suosque heredes, cum obligatione suorum, suorum bonorum, presentium, et futu=
rorum, damnorumque omnium, et expensarum litis, et extra, ac interesse, refectione se solemni=
ter obligando, eidem dno Joanni marito, et procuratori ipsius Dne Alegreze, et pro ea,
suisque heredibus, aut cui ius suum dederit stipulanti et recipienti, de dicto bono insolu=
tum dato, uel ipsius parte, aut aliquo eius, ullo unquam tempore, nec suis heredibus, aut cui ius
suum dederit litem uel questionem aliquam facere uel mouere nec mouenti consentire
Sed ipsum bonum in solutum datum, cum omnibus suis iuribus, et pertinentiis, tam in proprie=
tate, quam in possessione, ab omni homine, persona collegio, ecclesia, et Uniuersitate legi=
time deffendere, autorizare, disbrigare, uarentare, et in solidum sibi in iure manutene=
re et predictam dationem, et traditionem insolutum, ac omnia, et singula in hoc presenti
instrumento contenta perpetuo firma, rata, et grata habere tenere obseruare et adimplere,
Et non contrafacere, dicere uel uenire per se uel alium siue alios, aliqua ratione uel
causa, dolo, ingenio, siue fraude, de iure, uel de facto, Sub pena dupli eius de quo que=
stio moueretur, in singulis Capitulis huius contractus stipulata, et promissa, qua pena
soluta uel non presens Instrumentum, et omnia, et singula in eo contenta, plenum
obtineant robur, atque plenissimam firmitatem. Insuper per dictum ser Odonicum eidem
Dno Johanni Aloysi, nomine predicto datus, et assignatus fuit tenute nuncius supradicti
boni insolutum dati Supradictus Petrus, testis suprascriptus, qui eum Dnum Joannem
nomine

nomine supradicto in tenutam dicti boni supra in solutum dati inducent, et possessionem ponerent corporalem, Super quibus omnibus, et singulis rogatus, et requisitus fui a dictis partibus publicum conficere Instrumentum; —

Dictis Millesimo, Indictione, et Die, Actum in dicta Villa Magani; in curtivo supradicti boni in solutum dati, presentibus testibus suprascriptis. Ubi, ut supradictus Petrus, testis antedictus, datus, et assignatus pro nuncio tenute suprascripti boni supra in solutum dati, Volens sibi commissionem in hac parte factam executioni mandare, supradictum D. Joannem Aloysium mandatum et procuratorem predicti D. Alegreze ex admissione supra sibi facta et auctoritate attributa per supradictum D. Judicem de Vers posuit et induxit in tenutam, et corporalem possessionem dicti boni supra in solutum dati, dans, et ponens in manibus ipsius Domini Joannis dicto nomine de stramine, fructis et terra ipsius boni in signum vere tenute, et apprehense possessionis eiusdem Semel, bis et tertio ut in talibus moris est —

Et Ego Antonius Mathiussi de Utino Aquilegen. dioc. publicus imperiali auctoritate Notarius, predictis omnibus, et singulis una cum prenominatis testibus interfui, et rogatus scribere, fideliter scripsi, et publicavi, meis hic signo, et nomine solitis consuetis appositis in fidem, et testimonium premissorum omnium, et singulorum;

[illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] suisq; heredib., et [illegible] [illegible] [illegible],
omnia, et singulis ad [illegible] [illegible] iuribus [illegible] et [illegible] [illegible] omni [illegible]
[illegible], et [illegible], seu [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible], et [illegible]
[illegible], et exigendi ——— ac se de sc.tis Domib. cum Curia impediendo, si sibi in
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], solutum, [illegible] [illegible] [illegible]

suetudines livellorum in terra Utini, actenus observatas, cum hoc pacto, et condit.e, quod si
d.us venditor emerit unum livellum mediæ Marchæ soldorum in aliquo bono, et sufficienti lo=
co secundum declarationem duorum bonorum virorum, quod idem emptor facere debeat permutationem
de d.ta media Marcha, ut supra empta, cum supradicta media Marcha repetienda, et emen=
da prout ibidem prefatus emptor se obligavit: constituens se d.us venditor nomine ipsius em=
ptoris, ut supra recipienti possidere, vel quasi pred.m livellum supravenditum super Do=
mibus ipsius emptoris se possidere, donec ipsius livelli tenutam, et corporalem acceperit pos=
sessionem, quam accipiendi, et in se sua propria auctoritate retinendi, deinceps eidem emp=
tori, quo supra recipienti licentiam omnimodam contulit, atque dedit: promittens quoque prefatus
venditor pro se, et eius heredes, cum obligatione omnium suorum bonorum, mobilium, et immobilium,
presentium, et futurorum, ac refectione damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac inte=
resse, prefato emptori supra accepti pro se, suosque heredes, vel cui ius suum, dare
voluerit solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus de d.o livello supra vendito nunquam iure ul[illegible]
Ego Laurentius natus Dom.ci de Lovaria pub.cus Imperiali A.N. ______ et iudex or=
dinarius, supradictis omnibus, et singulis presens fui, eaque rog.s scribere fideliter scripsi, et pub.ui
signo nomineque meis appositis consuetis in fidem et testimonium omnium, et singulorum premissorum.

[margin: questiones ali=quas, vedi il recto del pnte instrom: in questa c. nel in Riga 11.]

In Xpi nomine amen. Anno à Nativitate eiusdem Dni nri Iesu Xpi. 1456. ind.e 4.a, die Lune, 19.
mensis Iulij. Actum Utini, in Spella Villano in Domibus, et Camera cubiculari infrascripti tes=
tatoris: presentibus ibidem S. Franc.o d.to Zuchino q. S. Mathiussi d.i Savbada de Utino, Ant.o
Pulito Cerdone q. Petri de Conegliano, Nicolao Sartore q. Stephani de Brazulo, Ni=
colao Pellipario filio Iacobi Taiussij, Ant.o Pellipario q. Mathiussij Minuzij Pelli=
pario de Utino, m.ro Nicolao Sartore q. Mattei Pizuli de Utino, et Iacobo Fabro q. d.i Ni=
colai, S. Ioanne Gortano q. Gortani de Gorto testibus ad hec habitis, vocatis, et rogatis, et
alijs pluribus ab ore proprio infrascripti testatoris. Ibique Providus, et Discretus vir m.ro
Mathor Sartor q. Nicolai de Pantianico Utini in Spella Villano habitans, sanus per
gratiam Dni nri Iesu Xpi mente, sensu, et intellectu, licet corpore languens, ti=
mens dubios, et innopinatos mortis eventus, et ne eum intestatum mori contingat sua=
rum rerum, et bonorum omnium dispositionem, et ordinationem per presens nuncupativum
testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit: in primis quidem animam
suam Altissimo suo Creatori humiliter recomittens, sui corporis sepulturam
ellegit, et esse voluit in Monasterio, et Sacrato Conventus S. Petri Mart.s de Uti=
no in tumulo suorum predecessorum, cui quidem Conventui, et Monasterio S. Petri Mart.s
de Utino inter cetera alia legata, que d.us testator fecisset, tale fecit legatum
hijs verbis expressum: idem testator pro animabus defunctorum suorum, et pro anima
sua, et pro eius anniversario annuali et perpetualiter fiendo in die sui obitus, le=

[margin: Iloc accidens [illegible]]

[illegible] unum livellum [illegible] solidorum, quod eidem testatori soluitur annuatim a

Angelo filio q. Petri Pascucii de Poscuff super domibus suis, prout asseruit continetur

manu ser Laurentij Notarij de Louaria, et a casu quo Fratres dictae Confraternitatis forent negligentes

ad faciendum dictum anniversarium, voluit idem testator dictum livellum pervenire debere

Fraternitati S. Mariae Battutorum de Utino, et quod Fraternitas habeat bene acquirere si dictum

anniversarium fiat aut non: in omnibus autem alijs suis bonis mobilibus et immobilibus,

iuribus, et actionibus, nominibus creditorum, et excussis [illegible], et [illegible] sibi [illegible] universalem

[illegible], et esse voluit Angelum eius filium [illegible], et ordinans idem testator, quod dictus

Angelus eius filius et heres non possit vendere, vel alienare, nec aliquid distribuere,

re, seu distrahere de stabilibus, livellis, et affictis, et si [illegible] venderet de stabilibus, vel

affictis, seu livellis, voluit idem testator talem alienationem esse nullam, et id quod

fuerit venditum illico perveniat Fraternitati S. Mariae Battutorum de Utino, volensque

idem testator, et ordinans dictam eius hereditatem, et bona, [illegible] stabilia, livella, seu

affictus [illegible] [illegible] de [illegible] in heredem descendentem ex dicto Angelo eius

filio, et a casu quo dictus Angelus eius filius, et heres moreretur sine filijs, et heredibus ex

eo legitime descendentibus, vel quod dicti sui heredes morerentur taliter quod nul-

lus extaret de descendentibus; tunc, et eo casu voluit idem testator dictam eius he-

reditatem, et bona pervenire debere Fraternitati S. Mariae Battutorum de Utino, cum

hoc quod Fraternitas, et Rectores eiusdem teneantur, et debeant annuatim fa-

[illegible] fieri unam missam cantatam [illegible] missa [illegible] fieri solitis [illegible]

libet festo Assumptionis Beatae Mariae mensis Augusti pro anima ipsius tes-

tatoris, et suorum predecessorum, et hanc suam ultimam voluntatem, et suum

ultimum testamentum asseruit esse velle, quod et quam valere voluit iure

sui ultimi testamenti, et suae ultimae voluntatis, et si iure testamenti non

valeret, voluit valere iure Codicillorum, et iure donationis causa mortis, et

omni eo iure quo melius valere, et tenere poterit, et potest.

Et ego Simon filius [illegible] Egregij viri S. I[illegible] N[illegible] de Louaria [illegible] I[illegible]

A. N. ex commissione [illegible] [illegible] M[illegible] [illegible] S. N. M[illegible] [illegible]

S. N. [illegible] Venetorum [illegible] [illegible] L[illegible] [illegible] in [illegible]

et [illegible] [illegible] [illegible] nihil [illegible] [illegible] [illegible]

quod sensum mutet, aut variet intellectum fideliter hoc presens testamentum, sive parti-

cula testamenti scripsi, et publicavi, meis nomineque et signo appositis consuetis in

fidem et testimonium omnium [illegible].

Dnus Iesus Xpus

In Xpi noie amen. Ano à Nate eiusdem Dni nri Iesu Xpi. 1504. ind. ... die Lune, ii, Martij. Actum Utini, in Contu S. Petri Mart. in Cella, seu Camera Rdi Pris Theologie mri Dni F. Benedicti de Utino: pntibus S. Iacobo olim S. Antonij à Rubeo de Utino, mro Domco Pelizario Mascanio, Bapta q. Bartholomei Vicentini omnibus Utini habitan: testibus uocatis, specialiter, et rogatis. Ibiq; conuocato, et congregato Capitulo F.F.um Contus S. Petri Mart. de Utino ad sonum Campanelle more solito, in quo interfuerunt infrascripti F.F. Rdi: Sacre Theologie mri Dnus F. Benedictus de Utino Pr. S.T.M. Petrus Angelus Rdi Sacre Theologie mri Dnus F. Thomas de Utino, Sindicus ipsius Contus, Venerabiles Dni Fres Bartholomeus de Sumano, F. Nicolaus Lec., F. Innocens de Bergamo, F. Nicolaus de Collorzeto, F. Petrus Mart. de Murano, F. Beltrandus Mascanio, F. Dominicus de Mantua, F. Leonardus de Iustinopoli, F. Cesar de Asolo, F. Pantaleone de Perso F. Thomas de Utino omnes facientes, et representantes totum Capitulum dicti Contus cum plures interesse non possent pro se, eorq; futuros successores, ac uice, et noie ipsius Contus dederunt, et permutauerunt Nob: uiro S. Thome q. S. Ioannis Petri à Turgis de Utino stipulanti, et recipienti pro se eiusq; heredibus, uel cui ius suum dederit unam dicti Contus Domum muratam solerat, cupisq; coopertam sitam Utini in Burgo Poscolli, iuxta Domus et Curia heredum olim Sp: Dni Dni Ciradini à [illegible], et iuxta uiam publicam, et dictae Domus ueriores, et plures confines, et hoc iure liberi, et proprij: et hoc pro eo quia idem S. Thomas dedit, tradi: dit, ac permutauit dictis Fratribus stipulantibus, et recipientibus pro se, eorq; futuris successoribus ac uice, et noie ipsius Contus S. Petri Mart., uel cui ius suum dederit Frum: st. x.m de liuello, que eidem soluuntur de mense Martij super Molendino sito Utini penes Stuffam Petri Stuffarij, iuxta ipsam Stufam iuxta Broilum heredum olim S. Simonis Fachini mediante Rugia, et uiam publicam in quibus x.m stij Frum: computantur, et ponuntur duo st. eidem S. Thome, dat. ... S. Nicolaum eius fratrem ex liuello octo stiorum Frum:, que ipse etiam habet super eodem Molendino, pnte dicto S. Nicolao ad pres: et consentiente. Itê libras solidorum decem octo, quas eidem S. Thome soluunt de liuello heredes q. mri Domci Marangoni quolibet festo Natiuitatis Dni nri Iesu Xpi supra eorum Domibus, et Broylo sitis Utini in Burgo S. Lucie, iuxta Domus mei Notarij iuxta Broilum Frum S. Lucie de Utino, et uiam publicam, iuxta Itê libras sold: nouem sold: x.m, que eidem soluuntur pro Dnam Christinam uxorem S.

Franc.ci de Toppo. In libras sold. tres sold. xm. quas eidem soluunt heredes olim
Xpforori de Ceresetto super una Domo sua Vrini in Burgo Ponte Villal=
te, iuxta suos confines, cum omni, et singulo iure pignorandi, et pignorari
faciendi d.tos liuellarios, eorumq. heredes, et quoscumq. habentes, tenentes, et
possidentes bona suprascripta iuxta morem et cursum liuellorum, usq. modo in
Patria Fori Iulij obseruata, casu quo annuatim d.tis Fratribus in termino premis=
so de liuellis suprad.tis non fuerint annuatim curialiter soluti, et satisfacti
cum omnibus, et singulis spectantibus et pertinentibus d.te responcionis liuellorum, ut su=
pra permutatis tam de iure, quam de facto: ad habendum, tenendum, possidendum,
dandum donandum uendendum, obligandum, allienandum permutandum in solutum
dandum pro anima, et corpore iudicandum, et quicquid uult d.ta partibus de d.tis bonis,
et liuellis ad se permutatis, aut cui ius suum dederint deinceps melius,
et utilius perpetuo placuerit faciendum sine contradictione dictarum partium permutan=
tium, eorumq. heredum, et alterius cuiuscumq. persone: constituentes se ad inuicem
d.te permutantes possidere d.tos Domos, et liuella à se permutata donec ipsi permutan=
tes earundem tenutam intrauerint, et possessionem acceperint corporalem, quam ac=
cipiendi, et in se auctoritate propria retinendi, u.s. unus alteri licentiam om=
nimodam contulit atq. dedit, promittentesq. d.te partes permutantes pro se, eorumq.
heredes ac successores, et sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et im
mobilium presentium et futurorum, refectioneq. damnorum, omnium et expensarum litis, et extra,
ac interesse sibi inuicem, u.s. una pars alteri solemnibus stipulationibus hinc=
inde interuenientibus d.tarum permutationum, et omnia, et singula in hoc instrumento con=
tenta perpetuo firma rata, et grata habere, tenere, attendere, obseruare, et ad
implere, et nihilominus sibi inuicem, u.s. una pars alteri in iure d.tos Domos,
et liuella permutatis ad inuicem legitime deffendere, manutenere, auctorizare,
et in solidum disbrigare ab omni homine, Comuni Collegio, ecclesia, Vniuer=
sitate, et persona qualibet impediente predicte permutationi, dationi et traditioni, et
non contrafacere, dicere, uel uenire per se, uel alium, siue alios aliqua ratione,
siue causa dolo, malo ingenio, siue fraude de iure, uel de facto sub pena
dupli eius de quo lis, siue questio moueretur in singulis huius contractus
capitulis in solidum stipulata, et promissa, qua pena soluta uel non presens
tamen instrumentum et omnia, et singula in eo contenta in se continentur plenum robur atq. ef.
perpetuo obtineant: exceptioni non sic ut supra factarum permutationum rationis, et
traditionis, et omni alij suo legum, et iuris auxilio tam Canonico, quam Ciuili, cum
quo, uel quibus se a contentis uel aliquo contentorum in presenti instrumento tueri,

uel deffendere possent, omnino renunciantes; qui Dñi Fr̃es eidẽ S. Thome de-
derunt, et assignauerunt in Nuncium tenute, S. Iacobũ testẽ suprad.tũ, qui de d.tis
Domib. à se permutatis poneret, et induceret cũ plena iuris formullaria
Et ego Hieronymus à Fabris de Vrino q. Prudentis uiri S. Fran.ci à Fabris Not.s
S. N. pub.s Imp.li A. N. suprad.tis omnib. una cũ supra notatis testib. interfui, eaq;
rogat.s scribere fideliter scripsi, et pub.ui, et in hanc pub.cã formã reddegi si-
gno, ac nõie meis appositis consuetis in fidẽ omniũ premissor.

In X.pi nõie amen. Añno Dñi. 1531. die, 18, Ianuarij. Actũ in Villa Riuolti
in Camera infrasti testatoris: pñtib. Rdo: Pr̃e p̃ro Stephano q. Iacomini de Vrino,
Fran.co q. Danielis Cucaria de Mala Zompica habitan: in Riuolto Daniele
Ostiario Comune Riuolti, et Nicolao, et Ioanne eius filijs testib. uocatis, et à
proprio ore infrasti testatoris rogatis. Ven. Pr̃ebr Bernardinus de Vrino bene-
ficiatus in Villis Riuolti, Lonche, et Per severani sanus gratia Dei mente, uisu, et intel:
lectu, licet corpore languens, timens ne ab intestato moreretur; suarq. rerũ, et bo-
nor. omniũ p sñs nuncupatiuũ testam.tũ in hunc qui sequit. modũ facere
procurauit, et fecit, u.s. animã suã omnipotenti Deo comendauit, et ellegit
sibi sepulturã sui corporis in Ecclesia S. Petri Mag.i de Vrino in Tumba
suor. predecessor., et eidẽ pro anima sua legauit perpetualiter Frum.ti sg.tũ
unũ, et Vini Congiũ unũ pred.te Ecclesie, dandũ p suos heredes, uel quos:
cumq. tenentes, et possidentes eius bona in quolibet festo S. Marie de Au-
gusto, cũ onere Procurator. d.te Ecclesie, facere suũ aniuersariũ cũ qua-
tuor missis pro anima eius, et hoc inter cetera legata, que legauit: de
omnib. uero suis bonis mobilib., et imobilib., et actionib. realib., et psonalib. le:
gauit, instituit, et ordinauit suos heredes uniuersales eius conionib. uirũ
Paulũ Indoratorẽ de Vrino, et Vxorẽ eius Annã, et Mariã d.ti testatoris ancil
las: et hoc uoluit suũ ultimũ testam.tũ esse, et ualere iure testam.ti, quod si
non ualeret iure testam.ti, ualeat saltẽ iure donat.nis inter uiuos, sin au-
tẽ iure Codicillor.

S. N. Et ego Pr̃ebr Ioannes de Melio de Fagarea Vic.s S. Margarite de Gruagnis au
Appost.a, ac Imp.lis Not.s rud.ui manu propria interfui, naq. et in notã sumpsi
rogat.s à proprio ore suprasti testatoris signo, et nõie meis consuetis appositis etc.

·BULLA·

Confirmationis et novae concessionis Privilegiorum omnium Ordinum Mendicantium cum certis declarationibus Decretis, et Inhibitionibus S.D.N.D. Pij Papae V. Motu proprio

Romae apud heredes Antonij Bladi impressores Camerales Anno M.D.LXVII.

Pius Episcopus servus servorum Dei: ad perpetuam rei memoriam

Et si Mendicantium Ordines, qui sedulo in vinea Domini quotidie exibere non cessant, familiari, singulari semper studio (etiam dum in minoribus essemus) amplexi sumus: ad summi tamen Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) divina favente clementia assumpti dum in mente revolvimus, facere non possumus quin eos propensiori charitate, et paterno affectu amplectamur: ac etiam pro suis sanctis studijs, honestisque laboribus praemia sancta ministrare, ab Apostolica Sede cuius continue [illegible], et dignitatem ordines ipsi pariter nostri sunt) tam spiritualia, quam temporalia subsidia, ornamentaque acceperunt, et accipiunt, quique et sancta sua officia ac vitam suam regulare facilius, et expeditius exequi, et transigere possint: et caeteri vero ipsos personas, ordinesque alij exemplo ipsorum promptiores alacrioresque ad sua officia persolvenda reddantur. Hinc est quod nos attendentes, plerosque ex Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, et Episcopis qui eosdem ordines praecipue tamquam necessarios in agro Domini cultores: et colere, et adiuvare deberent, non solum id exiguum negligere, verum etiam Concilij Tridentini decretis in plerumque sinistre interpretatis, eos et eorum privilegia indebite afficere [illegible] et per novationem [illegible] gravamen conari. Quidam enim Episcopi (ut accepimus) nolunt admittere, quosdam religiosos ad praedicationem, etiam in suis Ecclesijs [illegible] quamvis a [illegible] habilitate ad huiusmodi opus exercendum, habeant omne testimonium a suis superioribus. Alij vero volunt ut non dum semel, sed etiam pluries in anno coram ipsis, vel eorum Vicarijs Praedicatores praesentent, ac pro licentia praedicandi (quam non nisi insignis dare volunt) aliquid quandoque exigunt. Alij etiam Episcopi maximam regularibus iniuriam irrogare videntur, dum praeter ordinem, et veterem consuetudinem absque ulla ratione quosdam reijciunt et quosdam pro eorum arbitrio admittunt ad praedicationem huiusmodi habendam in locis suae dioecesis. Quinimmo etiam locorum ordinarij, quosdam Religiosos probos viros, et idoneos etiam a suis superioribus approbatos ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno, in aliquibus partibus eosdem confessores sibi praesentari. In aliquibus vero oppidis tam Episcopi, seu eorum Vicarij, quam Praes-

biteri curari nolunt, ut fr̃es mendicantes uocari ad audiendas confessiones infirmor. (maxime si infirmitas est grauis) aut etiã sanor. in priuatis illor. domib, uel alibi, preterquã in suis Ecclesijs, aut Monasterijs possint accedere. Non nulli etiã audent confessores Monialiũ (qui pleno iure subsunt regularib) examinare, cũ tamen id minime p concilium decernat, sicut et de fr̃ib, qui sunt audituri confessiones aliorũ fr̃ũ. Qui etiã in aliquib partib nituntur asserere, seu facere, ne quisquã infra añũ possit sacrã Eucharistiã in Ecclesijs mendicantiũ recipere, neq; etiã Moniales tertiarias nuncupatas suor. ordinũ (ut aliqui asserunt) in aliquib partib fieri, cũ tamen solũ in Paschate (quoad seculares dũtaxat) iuxta priuilegia sũmor. Pontificũ predecessor. nr̃orũ eisdẽ ordinib concessa id obseruari debeat. Alij uero Episcopi, seu eor. Vicarij audent ad eor. libitũ, dare licentiã quibuscũq; quecũq; Monasteria Monialiũ etiã S. Clare ingrediendi, etiã si regulariũ cure, su[illegible]dita sint. Quidã uero sub pretextu exquirendi uoluntates puellarũ, ante professionẽ earũ uolunt eas extrahere à Monasterijs, et p longũ tempus alibi detinere, ipsasq; Puellas, seu Nouitias de plerisq; reb interrogant, neq; neccessarijs, neq; in Decreto Concilij Tridentini desuper contentis, ex quib non modica potest oriri occasio scandali. Alij uero pleriq; noluerunt, quosdã regulares alienũ Diocesũ Sacris Ordinib initiare: ac etiã à sui ordinis Prelatis approbatos, admittere nolunt. Aliqui uero singulis dominicis dieb in suos Parrochianos ad sonũ campane excommunicationẽ promulgant, ut non possint interesse missis, concionib, ac diuinis officijs, nisi in propria Parrochia. Alij uero ipsis prohibent, ut omnino in alijs Ecclesijs (etiã requisiti) non celebrent. Alij uero in aliquib partib in eor. Ecclesijs [illegible]tiones Sacre Scripture, et sermones pro mortuis haberi nolunt: et si aliquid ipsis relictũ fuerit, ut ab ipsis misse dicant, uel alia officia pro mortuis celebrent, ipsis sibi ea usurpant, dicentes, quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt pastores. Alij uero sub excõmunicationis late sententie, et exilij p decẽniũ à Diocesi pena, inhibuerunt ne misse in eor. Ecclesijs celebrent, in dieb festiuis, antequã rector Parrochialis Ecclesie celebrauerit. Alij etiã nolunt, ut dũ predicatio in Ecclesia Cathedrali habet, alibi predicet. Ac insuper in quibusdã locis omnẽ ordinẽ, et quietẽ perturbant dũ controuersias, iã diu sopitas, et extinctas super precedentia excitarunt, et ubi nulle erant peperierunt, dũ pro arbitrio, et uoluntate eor., hos illis preferre uoluerunt. Quidã etiã Episcopi nolunt Regulares à cura animarũ excludi, et illã solis Presbiteris secularib comitti. Quidã uero quartã funeraliũ extendere uolunt etiã ad missas, legata, et alia quecũq;, que domib Regulariũ relinquunt. Alij autẽ uolunt quartã partẽ omniũ, eorũq; etiã pro ornamento Ecclesie, [illegible] [illegible]

tand, cortinarũ, pannorũ, et eorũ etiã quę pro uictu Frũ relinquunt. Aliqui etiã in
quibusdã parochijs etiã uolunt ut non solũ ius sepulturę solui consuetũ, quod semper
solueris, neq; denegaz, sed etiã omne illud, quod Ecclesijs ordinũ ad eorũ libitũ
partes dant, quando sepeliunt ibidẽ defunctorũ corpora, id totũ curatis etiã de
nouo soluaz instanter conanz, impedientes ne aliter corpora defunctorũ, ad Mo-
nasteria Frũ deferanz, unde in hoc maxime tã partes, quã ipsos Fr̃es grauari
contingit. Aliqui uero etiã ex totis mendicantiũ, qui curã habent animarũ uolunt
pro Seminario decimas exigere, ac in casu renitentię etiã pignus exigunt. Alij
autẽ prefatos Fr̃es, ac Moniales sub eorũ cura degentes subsidiũ Regiũ per-
soluere cogunt, cũ multę carẽt de Monialibus uix habeant pro carnẽ uictu, et ues-
titu necessaria uitę. Alij etiã in quibusdã parochijs pauperes mendicantes eleemosinas pe-
tere prohibent pro eorũ dumtaxat substentatione, et si inuenerint eos panẽ, uel
aliquid aliud simile amore Dei sibi collatũ portantes, quandoq; ab eis auferre mi-
nanz, afficientes eos graui iniuria, et contumelia. Non nulli uero Episcopi, uel
capitula Canonicorũ pauperes mendicantes tã Fr̃es, quã Moniales suorũ ordinũ tã
de redditibus bonorũ si quę habent, quã de possessionibus, uineis, agris, et alijs suis om-
nibus quibuscunq; non solũ largitione fideliũ sibi concessis, sed etiã alias iustis de
causis ab eis acquisitis, ac pecunijs emptis sibi decimas, ac primitias alijs respecti-
ue soluere cogunt. Alij autẽ ausi sunt inquirere, et processus facere contra aliquos
Regulares, intra Claustra delinquentes, uel de quorũ delictis aliqua erat suspitio,
non expectata aliorũ superiorũ censura. Alij uero Episcopi Monialiũ Monasteria
ingredi, et l[illegible] ingrediendi licentia suis concedere, et aduersus illas processus forma-
re ipsorũ ordinũ superiorum irrequisitis presumunt. Aliqui etiã dominiũ temporã-
le super Moniales habere pretendunt. Non nulli uero frequentissime Regu-
lares citant, et iurisdictioni suę subijcere tentant, ac eorũ Conuẽtũ occupant, ipsos
expellendo, ac in ipsos iurisdictionẽ, uel potestatẽ exercent. Aliqui uero ipsos
carceribus (absq; causę cognitione) mancipant, ac manibus, pedibusq; laborant, ut Re-
gulares mendicantes suę ditioni subijciant, et usq; adeo se intromiserunt in gu-
bernatione conuẽtuũ, et in correctionibus Frũ, ut Prouincialibus, et Generalibus nullus
amplius uideatur relictus locus, aut ulla iurisdictio. Aliqui autẽ Conuẽtuũ Prio-
res, et Guardianos rationes, et computa facere cũ Syndicis Conuẽtuũ huiusmodi
prohibent. Fr̃es quoq; qui ad Episcopos huiusmodi recursũ habent, à Prioribus, et Guar-
dianis [illegible] castigari et puniri interdicunt. Inhibent quoq; superioribus ordinũ ne faci-
ant processus contra Fr̃es, ac in ipsos imperiũ, et brachiũ seculare exercent. Alij uero,
ipsos extra Claustra degentes sub eorũ protectione recipiunt, eosq; sic permanere

permittunt, eosq; etiam inuitis suis superioribus detinent. Aliqui uero, bonorum ipsorum Fratrum, quae ad eos (si extra clausura defuncti fuerint) spectantium, possessionem occupare praesumunt, et ad habitum religionis reuersis, sua bona consignare nolunt. Ac etiam uniones à sede praedicta, aut alias uite factas, de beneficijs Ecclesiasticis impeditum, et sibi relaxari debere uolunt, et contradictores excommunicationis gladio feriunt. Alij uero Regulares campanas diebus festiuis pulsare, uel eodem tempore, quo ipsi celebrant, missas celebrare nolunt. Aliqui etiam pro licentia danda aedificandi quandam domum regularem, triginta, uel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt. Alij uero eos mortuorum corpora associare, alij autem illos, alij autem illos cum Parrocho similia munera subire, non permittunt; nisi maior canonicorum pars interuenerit. Alij uero mortuorum officia in regularium Ecclesijs agi nolunt, nisi cum ipsorum praesentia, et ipsorum moniales; uel alias personas etiam si in earum funero Parrochus interuenire non deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parrocho prius certum quid solutum fuerit, et si aliquem ipsi scripserint, in regularium Ecclesijs sepulturam elegisse, eum (ut dicitur) non ante ad illas deferre sinunt quam ad Parrochi Ecclesiam delatum, inibiq; officium peractum fuerit. Postremo uero, testamenta sine presbiterorum praesentia fieri, prohibent, et si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant. Ac propterea uolentes, praemissis, ac alijs similibus excessibus, et grauaminibus, ex nostri pastoralis officij debito prouidere, attendentes etiam, illos, qui onus diei, et aestus tam in praedicationibus, quam in caeteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantisper subleuentur, facile fore, ut oppressi à suis officijs omnino desistant: ne imposterum eis aliquod inferatur grauamen. Concilij Tridentini huiusmodi decreta quorum falsa, seu minus uera intelligentia praemissa irrepserunt, quorumq; declaratio non nisi ad nos spectat, modo, et forma infrascriptis declarandum censuimus.

…uerunt aliqua …ta Concilij Trid.ni

Nos igitur motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, et ex certa scientia nostra, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, Declaramus Canonem sessionis XXIIII. cap: IIII. per quem omnibus regularibus, etiam in suorum ordinum Ecclesijs, contradicente Episcopo praedicationis officium interdicitur, mendicantium ordinum Fratres huiusmodi: quando à suis Generalibus, uel eorum ministris Prouincialibus, ad id deputati fuerint, non comprehendere, neq; eos afficere posse. Immo uolumus, quod in suis Ecclesijs quando eis placuerit: Licite, et absq; ullo impedimento, uel contradittione, etiam Episcopi (nisi ipse praedicauerit) praedicare possint. Quod uero in sessione XXIII. cap: XV. circa confessiones à regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorum ordinum Fratres, à praefatis suis Generalibus, uel ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones utriusq; sexus Christi fidelium ap-

…antes in suis pro… …ijs Ecclesijs …a contradicente

…ssiones tam inter

domos, q̃ extra audire possunt

probatos (ut premittitur) minime comprehendat: ita ut à confessionibus audiendis, tam intra ecclesias [illegible] domos q̃ extra, minime prohibeantur, super hoc literas felicis recordationis Pauli Pape IIII. etiam predecessoris nostri, concedentes eisdem Fratribus mendicantibus regularis observantie, posse confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, et monasteria sua, et ubilibet audire, approbando, et de novo concedendo. Statuimus etiam quod ille, qui semel in una Diocesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem Diocesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel presentari, in dicta Diocesi debeat tam quo ad predicationes faciendas, quam quo ad confessiones audiendas, nec aliquid pro predictis exigi, vel recipi debeat. Confessores vero Monialium que degunt sub cura regularium ab ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam Fratres si debeant audire confessiones aliorum Fratrum examinari debent. Lectores insuper ex eisdem Fratribus, et in Theologia graduati, qui cum licentia suorum superiorum ad gradum admissi fuerint, cum de ipsorum doctrina ambigendum non sit tam confessiones audiri, q̃ predicationis munus subire ab Episcopis minime examinentur. Cumque inhonestum sit: quemlibet in alienam messem falcem inijcere, cumque Monialium Monasteria non nisi de Episcopi, vel superioris licentia, et in casibus necessarijs, aliquis ingredi presumat, in sessione XXV. cano. V. prohibetur, hoc tantum in illis Monasterijs locum habere volumus, que ordinarijs ipsis pleno iure subsunt in quibus, in casibus necessarijs ipsi dare licentiam possint, et non in alijs Monasterijs. Ita ut in prefatis Monasterijs, que ordinarijs ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarij illa ingredi non possint, prout in regulis earum, seu de iure statuitur, et eis aliquos processus adversus moniales ipsas seu fratres huiusmodi, propterea seu alias ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, quoquomodo formare, aut facere posse omnino prohibemus, ita ut aliquam iurisdictionem, seu aliud quodcumque dominium, in moniales, et fratres huiusmodi, respective habere, exercere, aut exequi, nullatenus possint, aut debeant, imo illas, et illos, omnes, ab eorum superioritate, dominio, et iurisdictione, et potestate, eximimus, et liberamus, prout eis concessum est per sua privilegia à sede apostolica obtenta, et ita prefate moniales, ac fratres sint exempti à superioritate, et iurisdictione ordinariorum respective huiusmodi, ut etiam in illarum vel illorum Sindicis, aut procuratoribus deputandis [illegible] in [illegible] illorum faciliant, [illegible] non competentia facienda, nullatenus non se intromittant, nec etiam ordinarij ipsi, regulares prefatos citare, et iurisdictioni sue subijcere, ac eorum conventus occupare ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquam, et potestatem exercere (ut premittitur) aut ipsos carceribus mancipare, et contra eos aliquid aliud facere possint, ut sue ditioni subijciantur, neque etiam se intromittant ullo pacto, aut aliqua ratione, in gubernatione Conventuum fratrum, quam monialium huiusmodi, et illorum correctionibus, sed omnia ista, et alia

Admissus semel in una diocesi, non tenetur amplius examinari, aut presentari in eadem.

Confessores monialium, et fratrum, nec examinari nec presentari tenentur. Lectores, aut graduati non examinantur.

[illegible] de ingressu monasteriorum monialium quoad episcopos [illegible] licentia [illegible] ingrediendi non [illegible]

Processus adversus moniales vel fratres Episcopi facere non possunt.

Episcopi iurisdictionem vel superioritatem in fratres, vel moniales non habent, citare non possunt, nec [illegible] occupare.

Episcopi non se intromittant in gubernatione Conventuum fratrum, vel monialium.

necessaria ad correctionem, et gubernationem fratrum, aut monialium huiusmodi, et eorum Ge-
neralis, ac ministris seu Provincialibus, vel alijs eorum aut earum respective superioribus, etiam ra-
tione computa faciendi cum Sindicis Conventuum huiusmodi, omnino relinquant, nec ullo
modo in premissis, et alijs, fratres, et moniales huiusmodi tangentibus ordinarij predicti per se
vel alios se intromittant. Fratres quoque, si contigerit, eos ad huiusmodi ordinarios
recursum habere, à prefatis Generalibus, ministris, seu Provincialibus, Prioribus, Guardianis,
et alijs suis superioribus, castigari, et puniri posse, et debere, neque ipsos ordinarios prefatis
superioribus ordinum huiusmodi ullatenus inhibere, quinimo prefatos superiores processus
contra fratres suos, et moniales huiusmodi, quando opus fuerit circa delictorum inquisi-
tionem, vel castigationem facere posse: decernimus, invocato etiam ad hoc si opus fuerit
auxilio brachij secularis. Inhibemus etiam ipsis ordinarijs, ne fratres extra claustra de-
gentes, sub eorum protectione recipiant, eosque in iuris suis superioribus detineant. Prohibe-
mus quoque eisdem ordinarijs, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum extra
claustra suorum Monasteriorum pro tempore degentium, sive decedentium, et quavis in habi-
ne, sive absque habitu moriantur, volumus quod eorum bona mobilia, et immobilia, ad ordi-
nem quem professi sunt pertineant disponenda, iuxta constitutiones, seu ordinationes pre-
fatorum ordinum, neque illa ordinarij prefati occupare presumant, imo huiusmodi, et ad habi-
tum religionis revertentium bona omnia Monastarijs ipsis, cum ea, que acquirit Monachus
de iure Monasterio acquirantur, pertinere etiam decernimus. Ac ipsis ordinarijs, ne quas-
cumque uniones etiam perpetuas à sede predicta, vel alias ut asseritur hactenus factas, et
pro tempore faciendas de beneficijs Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sor-
tiantur effectum impediant, omnino etiam prohibemus, et censuras Ecclesiasticas, et
alias penas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius esse roboris, vel momen-
ti, similiter decernimus, et declaramus. Insuper volumus quod prefati regulares quibus
cura animarum incumbit est, possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vi-
carios, seu Capellanos seculares ipsorum regularium nutu amovibiles, ab eis deputatos
et ab ordinario pro idoneis nominatos, et approbatos prefatam curam exercere: neque in eorum
deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione pro prefatis Capella-
nis seu Vicarijs secularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi ullo pacto se
intromittant. Prohibemus insuper eisdem ordinarijs, ac alijs quibuscumque personis, ne im-
pediant ipsos fratres quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festivis aut alijs cuiusvis
anni temporibus, Campanas pulsare: et etiam tempore quo ipsi celebraverint, missas cele-
brare, nec non mortuorum corpora associare, et illa per fratres ipsos quando in Ecclesijs
suis prefatis delata fuerint, etiam absque presentia rectorum Ecclesiarum huiusmodi [illegible]
facere, ac officia mortuorum huiusmodi [illegible] esse, necessariaque [illegible] à rectoribus [illegible]

Margin notes:

[...]gulares habentes recursum ad Episcopos possunt à superioribus puniri.

[...] non recipiant fratres [extra] claustra degentes sub [...] sua in iuris superio[ribus].

[...] extra claustra decedentium [...] in habitu, sive extra [...] ad ordinem quem [professi] sunt pertineant.

[...] non impediant [...] effectum [...]orum.

[...] possunt exercere curam animarum.

[...] campanas pulsare, [cele]brare, mortuorum [corpora a]ssociare.

aliorum Clericorum, qui ut infirmi libere sua possint condere testamenta, minime esse, ac ipsos regulares legata, aut quevis alia sibi in testamentis relicta, exigere, et obtinere posse, neque aliquod ius in contrarium esse; decernimus, et declaramus. Volumus etiam, quod

Quomodo novitie sint examinande ante professionem ab ordinariis.

puellarum Deo dicandarum an scilicet coacte vel seducte fuerint examen faciendum, non nisi intra quindecim dies postquam iuxta Concilium Tridentinum, Episcopi, vel eorum Vicarii requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat; cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius intra septa Monasteriorum ingrediantur, sed stent ante cratem ferream, et interrogationes alias quam eas que prefatum Concilium Tridentinum iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus, quod puelle, seu novitie ipseque ad alias interrogationes respondere minime teneantur.

Regulares à quocunque Episcopo ordinari possunt.

Sessionis vero XXIII. cap: VIII. nemine nisi à proprio Episcopo ordinari posse statuens, in regularium locum non habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi prefatos etiam Sacros ordines, à quolibet Antistite gratiam, communionem Apostolice Sedis habente: (ordinarii loci minime requisita licentia) in locis, seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi, recipere possint. Et insuper sessionis XXII. decretum per quod populus saepe ad suas Ecclesias, saltem dominicis, et maioribus festivis diebus, convenire debere monet insequendo:

Quod fratres missas in festivis diebus celebrare possunt in quibuscunque Ecclesiis, etiam antequam rector Parrochialis celebret.

volumus quod fratres mendicantium huiusmodi non solum prohiberi non possint ne missas, et alia divina officia faciant in eorum Ecclesiis verum etiam in quibuscunque aliis ubi celebrari missas solitum est, etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis celebrare valeant. Ac etiam quod conciones, et lectiones sacre scripture, et sermones pro mortuis, etiam in Ecclesiis suis facere; ac elemosinis pro celebrandis huiusmodi missis, et aliis divinis officiis peragendis, si eis illas donari, seu relinqui contingat, recipere,

Celebrare possunt etiam antequam celebret [illegible] in Parrochiali.

nec non missas, et divina officia huiusmodi, etiam in diebus dominicis, vel festivis, etiam antequam rector Parrochialis Ecclesie celebraverit, celebrare, et facere; et quando eis videbitur, etiam si tunc in Ecclesia

Predicare possunt etiam in Cathedrali dum predicatur.

Cathedrali predicetur predicare, ac etiam quicunque utriusque sexus Christi fideles, toto anni tempore illas et illa in Ecclesiis fratrum huiusmodi audire possint,

In Ecclesiis eorum Christi fideles audire possunt missas in Ecclesiis fratrum

ipsique Christi fideles nullatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu rectores Parrochialium Ecclesiarum, aut alios quoscunque ullo pacto, causa, vel occasione non valeant, seu debeant, sed prefati Christi fideles audiendo missas, et alia divina officia in Ecclesiis fratrum huiusmodi diebus dominicis,

Satisfaciunt precepto Ecclesie

aut festivis, precepto Ecclesie de illis audiendis, satisfecisse censeantur. Ipsique Christi fideles Sacramentum Eucharistie (resurrectionis dominice festivitate dumtaxat excepta) sumere, eisque illud per fratres huiusmodi administrari valeat, nec

Possuntque infra annum Sacramentum Eucharistie a regularibus sumere

ad id [illegible] per [illegible] ordinarios aut Ecclesiarum rectores prefatos seu

alios quoscumque (illorum licentia minime requisita) etiam sub censuris ecclesiasticis, et alijs penis, cogi, uel compelli possint, seu debeant, etiam decernimus, et declaramus.

Interdicta suspenduntur in festiuitatibus Sanctorum ordinum, et in alijs ad quas habent priuilegia.

Et licet in sessione XXV. cap. XII. caueatur, quod censure, et interdicta ecclesiastica etiam à locorum ordinarijs promulgata mandante episcopo, à regularibus in eorum ecclesijs publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis Sanctorum ordinum eorundem, ac alias in alijs festiuitatibus iuxta eorundem ordinum priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in prefatis festiuitatibus, et earum octauis suspendimus.

Controuersie de precedentia terminantur.

Controuersias autem omnes de precedentia, que eadem sessione XXV. cap. uero XIII. episcopis cognitum terminari mandantur, non nisi durantes, pro illum dirimi, finitas autem, nullo pacto innouari posse statuimus.

Regulares ad curam animarum admitti [illegible].

Cumque licet cap. XI. sessionis XXV. statuat, quod in domibus uirorum, seu mulierum, quibus animarum personarum secularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles, inibi deputentur, nisi de ordinarij consensu, ac previo examine huiusmodi precedente, ad curam huiusmodi admitti posse omnino uolumus prefatos regulares.

Quarta funeralium [illegible] soluenda.

Quartam autem funeralium de qua sess. XXV. cap. XIII. nequaquam soluere teneantur. Monasteria, que, à quadraginta annis citra fundata existunt, postquam concilium ipsum loquitur tantum de Monasterijs ante annos quadraginta fundatis, que ipsam quartam soluere consueuerunt, et ubi solui consueuit, id tantum cere, et aliorum que in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de missis, seu legatis, uel alijs fratribus ipsis, seu monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis solui debet. Sicque intelligi Concilij decretum, quo ad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi uero non est consuetudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus.

[illegible] nec partem [illegible] relinquuntur.

Nec ad quartam, seu aliam partem omnium eorum, que etiam pro ornamento Ecclesie, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, et aliorum, que dictis ecclesijs relinqui, uel dari contigerit, etiam si pro uictu fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur.

[illegible] solutum soluere.

Ac etiam ius sepulture, solui tantum consuetum curatis, et non aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad eorum libitum ecclesijs ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus, alia quecumque tribuant, seu eleemosinas elargiantur, quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi; nec propterea impediri debeant quia possint defunctorum corpora prefata ad eorum ecclesias tumulanda deferri facere: In honestum quoque esse censentes.

[illegible] curam [illegible] habentes, non [illegible] contribuere pro seminario.

Mendicantium ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiam si curam animarum habeant, ac quecumque beneficia illis unita, ad contributionem pro seminario, aut decimarum aliquarum solutionem, imo illos, et eorum domos, monasteria, beneficia, et loca quecumque, et ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, uineas, agros, et prata, ac [illegible]

quęcumq; tam in ipsos, quam moniales prefatas, etiam largitione parentum, seu alias iustis de causis ab eis acquisita, ac pecunijs empta, uel aliàs quomodolibet pertinentia, minime teneri: illosq; et illas, à quibuscumq; decimis, primitijs, quartis, medijs et aliis fructuum partibus, nec non subsidijs charitatiuis etiam per nos concessis, ad quorumcumq; etiam

Decimas, aut subsidia, minime soluere teneri.

Regum, Principum, et dominorum temporalium instantia, quacumq; etiam urgentissima, et de necessitate exprimenda causa, ac etiam alijs quibuscumq; oneribus, tam ordinarijs, quam extra ordinarijs: etiam ratione fructuum, olerum, uirgultorum, lignorum, beneficiorum, et aliarum quarumcumq; rerum, tam pro uictu, quam uestitu, aut aliàs sibi necessariarum quomodolibet etiam auctoritate Apostolica nunc, et pro tempore impositis, ita ut penitus, et omnino ad alicuius rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus, et liberamus; illosq; et illas, ad illos, et illa etiam si seculares, et alię personę quęcumq; in eas exigendi possessione fuerint, minime teneri debere uolumus: nec sub cap: XII. sessionis XXV. comprehendi posse, uel debere decernimus. Quod uero de usu questorum eleemosinarum auferendo loquitur sessionis XXI. cap: VIII. id ad mendicantium ordines nullo modo referri posse, uel debere: etiam decernimus: cum ipsis cum ex eleemosinis huiusmodi uiuere cogantur, eis id facere, liberum omnino esse declaramus. Quoniam uero ex nimia Episcoporum sibi irrogata authoritate ipsi personas regulares suę iurisdictioni subijcere omnino student, ac decreto Concilij prefati sessionis XXV. cap: XIIII. edito, quo cauetur, quod si regularis intra claustra existens, et extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalosus sit, termino ab Episcopo prefigendo, a suo superiore omnino puniantur. sin minus, ab ordinario delinquens puniri possit, confisi uaris indebitisq; grauaminibus regulares afficiant ordinarios prefatos aliquid contra regulares in claustris degentes huiusmodi quouis pretextu occasione, uel causa innouare non posse, uel debere: nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare, aut facere posse uolumus: nisi propter manifestum scandalum, et suorum ordinum superioribus prius consultis, et negligentibus: alioquin omnia, et singula: contra premissa facta, et gesta: ac facienda in futurum, pro nullis, et infectis habeantur. Licentia uero pro construendis domibus regularibus, quę per cap: XXV sessionis nisi de ordinarij licentia construi prohibentur quatis omnino dari, et non nisi legitima subsistente causa (superioribus explicanda) illas recusari posse [illegible] non [illegible] prefatos (etiam solos) [illegible] [illegible]. Ac mandatum in die cenę Dñi [illegible] [illegible], in Ecclesijs, seu domibus fratrum cuiuslibet ordinis predicatorum, solemniter facere, et [illegible] die predicare hora qua eis uidebitur: nec a locorum ordinarios, aut rectores Ecclesiarum, seu alios quoscumq; prohiberi posse, etiam decernimus, et declaramus. Mandantes etiam uniuersis locorum ordinarijs, ne mortuorum officia agere rectores Parrochialium in Ecclesijs ipsorum fratrum (contra illorum uoluntatem) permittant. A

Eleemosinas quęrere possunt.

Regulares delinquentes a suis superioribus puniantur.

Episcopi contra regulares processus facere non possunt

Licentias pro construendis domibus [illegible] [illegible]

Mandatum in die Cenę Dñi, [illegible] et [illegible] cave possunt.

moniales dictis fratribus subditas, vel personas sepulturam in eorum Ecclesijs eligentes (nulla soluta Parrocho portione) sepelire: vel si fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa absque fratrum huiusmodi presentia sepeliri facere, audeant, vel presumant. Cumque maxime deceat, liberam esse cuiusuis testantis voluntatem, prauum illum usum, paruo adhuc tempore (ut refertur) introductum, quo testamenta absque presbiterorum presentia fieri interdicuntur, omnino abrogamus. Postremo quod cap: xiii. sess: xx. cautum fuit, quod omnes scilicet tam clerici, quam regulares quicumque ad publicas processiones vocati accedere compellantur, id quo ad fratres prefatos de illis tantum processionibus intelligi volumus, ad quas secundum consuetudinem antiquam locorum soliti sunt accedere: vel que pro bono pacis Ecclesie, vel pro victoria contra infideles indicuntur: quod etiam de illis Conuentibus (qui collegia nuncupantur) minime intelligi volumus, in quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita ut nec in choro canent, nec ad mortuos accedant: sed tantum studijs, et lectionibus vacent. Preterea si forte inter Episcopos vel Collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas et prefatos fratres seu moniales, aut eorum aliquem, super premissis vel aliquo eorum, coram quocumque seu quibuscumque iudicibus, etiam causarum Palatij Apostolici Auditoribus, ac S. Romane Ecclesie Cardinalibus, tam in Romana Curia, quam extra eam, ubilibet lis, seu lites respective pendeant: nos litem, seu lites, et causam, vel causas huiusmodi ad nos advocamus, ac illam, et illas, quarum statum, ac nomina, et cognomina iudicum et collitigantium presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, cassamus, et extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum silentium desuper imponimus. Ac insuper ut facilius premissa omnia illibata persistant, omnia et singula privilegia immunitates, indulgentias facultates libertates, indulta, dispensationes, fauores et gratias que, decretis Concilij Tridentini alias quam ut supra est dictum, concessum, et declaratum, non contrariant, expresse eisdem fratribus, nec non monialibus quibuscumque et sororibus tertij Ordinis Predicatorum ordinum respective ordinibus ac illorum Ecclesijs, domibus et personis, etiam viue vocis oraculo in genere, vel in specie tam per recor: mem: Eugenium IIII. Sixtum IIII. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IIII. et Pium etiam IIII. quam alios quoscumque Romanos Pontifices etiam predecessores nostros, ac nos, et Sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, et innovata: nec non nostras, et predecessorum nostrorum, ac alias quascumque desuper confectas litteras, quarum omnium tenores, ac eorundem predecessorum nostrorum nomina, et alia de necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum (nihil penitus omisso) et forma in illis tradita observata inserti forent: etiam presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetue, et inviolabilis firmitatis robur

[Margin notes:]
[...]no non soluenda [...] portione, mo[...] vel clericus [...].

[...] prauo usus fa[...] testamenti absque presbiterorum presentia.

[...] quas processio: [...] compelli possint [...].

[...] qui sunt in Col[...] nullas te[...].

[...] aduocatio seu ex[...] litium super premissis.

[...] immunitates et de [...] concessiones omnia privilegia que [...] Concilij Tri[...] expresse non contrariant [...] est dictum concessum et de[clar...].

adijcimus: eaque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere, ac fratribus superioribus, et personis ordinum huiusmodi, nec non alijs quibuscumque quos illa concernunt suffragari debere, seu posse volumus. Nec non privilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, favores, et gratias, tam spirituales, quam temporales, modo, et forma quibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, et extensionis, active, et passive inter se et alios quoscumque ordines respective, de novo concedimus; illaque omnia et

De nouo concedunt

